AUTHOR:

LOBE, WALDEMAR

TITLE:

DE NEGATIONUM BIMEMBRIUM USU...

PLACE:

BEROLINI

DATE:

1907

Master Negative #

92-80540-2

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Löbe, Waldemar, 1877-
De negationum bimembrium usu apud poetas tragicos Graecos. Dissertatio...quam...sripsit(!) Waldemarus Löbe... Berolini, Brücker, 1907.
76 p. $22\frac{1}{2}$ cm.


Thesis, Bonn, 1907.

[illegible] pamphlets

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 4/7/92 INITIALS F.C.
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT





AIIM

Association for Information and Image Management


1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202





MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.



DE NEGATIONUM BIMEMBRIUM USU APUD POETAS TRAGICOS GRAECOS

DISSERTATIO PHILOLOGICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE
AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

UNIVERSITATE FRIDERICIA GUILELMIA RHENANA
AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
RITE IMPETRANDOS

SRIPSIT

WALDEMARUS LÖBE

BEROLINENSIS

PROMOTUS DIE XVIII M. DECEMBRIS A. MCMVII.

BEROLINI

TYPIS EXPRESSIT H. BRÜCKER

MDCCCCVII

DE DISSERTATIONE PROBANDA AD ORDINEM
RETTULIT

A. ELTER P.P.O.

FRANCISCO BUECHELER
ANTONIO ELTER
S.

Multifariam in linguis, quas nominare solemus Indogermanicas, negationes bimembres inveniuntur, imprimis in lingua Graeca. Inter scriptores Graecos poetae tragici sermonis sublimitate praeter ceteros florent. Iam vero, quod in tragoediis Graecis negationes iteratae saepissime occurrunt, operae pretium esse visum est pervagatam illam dicendi consuetudinem, quomodo intra tragicam dictionem usurpata et qui progressus ab Aeschylo ad Euripidem factus sit, accurate perscrutari.

Duabus negationibus bimembribus lingua Graeca utitur, *οὔτε . . οὔτε* (*μήτε . . μήτε*) et *οὐ . . οὐδέ* (*μή . . μηδέ*), quae etiam plura per membra continuantur. Negationes illae qua ratione inter se discernantur, ut demonstremus, una eas tractare decrevimus. Et primum quidem, quid utraque negatio significet, constituendum est.

Οὔτε (*Μήτε*) particulae naturam ut definiamus, proficiscendum est a vi *τε* vocis, cuius provincia est, ut duas sententias alteram ad alteram artissime inter se referri ostendat, e. g. Soph. El. 1416[1])

ΚΛ. ὤμοι πέπληγμαι. ΗΛ. παῖσον, εἰ σθένεις, διπλῆν.
ΚΛ. ὤμοι μάλ' αὖθις. ΗΛ. εἰ γὰρ Αἰγίσθῳ θ' ὁμοῦ.

Unde duas res per *τε* non coniungi sed ut duas partes unius notionis in unam sententiam coagmentari apparet. Herc. fur. 861:

οὔτε πόντος οὕτως κύμασιν στένων λάβρος
οὔτε γῆς σεισμὸς κεραυνοῦ τ' οἶστρος ὠδῖνας πνέων.

Pro *κεραυνοῦ τ'οἶστρος* sententia utique poscere videtur *οὔτε*

---

[1]) Numeros adhibuimus editionum Kirchhoffii, Dindorfii-Mekleri, Nauckii (fragmentorum).

κεραυνοῦ οἶστρος. Argumentum igitur optimum hic locus praebet duo nomina *γῆς σεισμός* et *κεραυνοῦ οἶστρος* per *τε* in unum ita configi, ut una particula *οὔτε* et *γῆς σεισμός* et *κεραυνοῦ οἶστρος* negare valeat. Ea principalis *τε* particulae significatio est, quae non evanuit, quamquam *τε*, cum commodissime versuum numeris inseratur, paulatim coniungendi munus suscepit. Etenim a *καί* voce etiam perspicue differt, quod, cum per *καί* quaelibet membra coniungantur, per *τε* res accedunt, quibus praecedentia aut explicentur aut suppleantur aut quae e praecedentibus concludantur.

E. g. Ai. 657

ἀλλ' εἶμι πρός τε λουτρὰ καὶ παρακτίους
λειμῶνας, ὡς ἂν λύμαθ' ἁγνίσας ἐμὰ
μῆνιν βαρεῖαν ἐξαλύξωμαι θεᾶς·
657 *μολών τε χῶρον ἔνθ' ἂν ἀστιβῆ κίχω,*
κρύψω τόδ' ἔγχος τοὐμόν.

Iam, quod *τε* semel posito efficitur, id *τε* geminato multo magis exprimi apertum est, quod priore *τε* alterum ilico praenuntiatur et hoc rursus ad prius refertur. Ita duas res artissime inter se cohaerere priore *τε* significatur et altero confirmatur.

Ai. 34

πάντα γὰρ τά τ' οὖν πάρος
τά τ' εἰσέπειτα σῇ κυβερνῶμαι χερί.

Duo nomina contraria *τὰ πάρος* et *τὰ εἰσέπειτα* per *τε . . τε* in unam notionem *πάντα* conectuntur.

I. T. 1477

ἐγὼ δ' Ὀρέστῃ τ', εἰ φέρων βρέτας θεᾶς
βέβηκ', ἀδελφῇ τ' οὐχὶ θυμοῦμαι·

Ὀρέστῃ et *ἀδελφῇ* per *τε . . τε* tam arte comprehenduntur, ut una negatio *οὐχὶ* ad duas res pertineat, tamquam si legamus: *ἐγὼ δ' οὔτε Ὀρέστῃ . . οὔτε ἀδελφῇ θυμοῦμαι.*

I. T. 1366

ὅθεν τὰ δεινὰ πλήγματ' ἦν γενειάδων.
κεῖνοί τε γὰρ σίδηρον οὐκ εἶχον χεροῖν
ἡμεῖς τε·

Rursus per unum *οὐκ* duo, *κεῖνοι* et *ἡμεῖς*, negantur, quae per *τε . . τε* quasi in unam notionem confluunt, ut sensus evadat,

qui contextu postulatur: *οὔτε γὰρ ἐκεῖνοι οὔθ' ἡμεῖς σίδηρον εἴχομεν χεροῖν.*

Haec *τε* simplicis et geminati significatio clarius apparet, si cum *καί* et *καί . . καί* particulis accuratius eam conferimus. Genuina vis *καί* vocis est, ut idem exprimat atque „et“, quod ex *ἔτι* ortum est. Iam sequitur, ut per *καί* res accedant, quae a superioribus differant et per *καί . . καί*, quae et inter se et a praecedentibus discernantur. Cuiusmodi nomina quod plerumque inter se coniunguntur, coniungendi munus vera et propria *καί* particulae provincia est, quare inter quasvis res *καί* ponitur.

Iam igitur *τε . . τε* et *καί . . καί* ita distinguuntur, ut *τε . . τε* duas res artissime i. e. in unam notionem configant, *καί . . καί* utramque solutam et sui iuris faciant.

Quamquam saepe *τε* et *καί* mixta exstant, tamen etiamnunc *τε* particulae vis servata est, quod *τε . . καί* plerumque idem sibi volunt quod *τε . . τε*. Et innumera inveniuntur exempla, ubi duae res contrariae per *τε . . καί* in unam coguntur: *ἀγαθά τε καὶ κακά, χρηστοί τε καὶ πονηροί,* sim.

Ai. 646

ἅπανθ' ὁ μακρὸς κἀναρίθμητος χρόνος
φύει τ' ἄδηλα καὶ φανέντα κρύπτεται.

Identidem igitur *τε* vocis naturam recognoscimus, quae arte rem cum superioribus copulat et unam notionem efficit, cum per *καί* simpliciter adseratur.

Qua re constituta ad *οὔτε . . οὔτε* (*μήτε . . μήτε*) transimus. Quod per *τε . . τε* complures res in unam ita componuntur, ut de hac una re plura praedicentur, sequitur, ut per *οὔτε . . οὔτε* (*μήτε . . μήτε*) aut a pluribus idem aut ab eodem plura abiudicentur.

Hec. 370

οὔτ' ἐλπίδος γὰρ οὔτε του δόξης ὁρῶ
θάρσος.

A duobus nominibus *ἐλπίς* et *δόξα* unum *θάρσος*, et

Pers. 215

οὔ σε βουλόμεσθα, μῆτερ, οὔτ' ἄγαν φοβεῖν λόγοις
οὔτε θαρσύνειν

ab eodem verbo *βουλόμεσθα* duo *φοβεῖν* et *θαρσύνειν* abiudicantur. Et membra negata, cum ad unam notionem respiciant, inter se ipsa eodem modo quo *τε . . τε* vicissim referri apertum est.

Quam arte etiam per *οὔτε . . οὔτε* vel *μήτε . . μήτε* duo membra colligentur, inde cognoscitur, quod zeugmatis exempla non desunt. O. R. 587

ἐγὼ μὲν οὖν οὔτ' αὐτὸς ἱμείρων ἔφυν
τύραννος εἶναι μᾶλλον ἢ τύραννα δρᾶν,
οὔτ' ἄλλος ὅστις σωφρονεῖν ἐπίσταται.

Ad *ἔφυν* non solum *ἐγὼ οὔτ' αὐτός* respiciunt, sed etiam *οὔτ' ἄλλος*, quae *ἔφυ* postulant.

O. C. 731

ὃν μήτ' ὀκνεῖτε μήτ' ἀφῆτ' ἔπος κακόν.

Solutiore structura *ὅν*, quod ex *ὀκνεῖτε* pendet, cum *ἀφῆτ'* quoque coniungitur. Prom. 21

ἵν' οὔτε φωνὴν οὔτε του μορφὴν βροτῶν
ὄψει.

Ὄψει praeter *μορφήν* etiam *φωνήν* obiectum habet, cum *ἀκούσει* postuletur. Alia zeugmatis exempla sunt: Soph. El. 1050. Phil. 88. 1319. 1434. Eur. fr. 626,1.

Reperiuntur nonnulla exempla, ubi priori *οὔτε* non alterum *οὔτε* respondet, sed *τε . . οὐ*.

Heracl. 605

ὡς οὔτε τούτοις ἥδομαι πεπραγμένοις
χρησμοῦ τε μὴ κρανθέντος οὐ βιώσιμον.

Cum *χρησμοῦ κρανθέντος* suam negationem *μή* habeant, sequitur, ut non totum alterum membrum poeta negari voluerit, sed singulas alterius membri partes, id quod non minus e sententia concluditur.

Troad. 487

κοὔτ' ἐξ ἐκείνων ἐλπὶς ὡς ὀφθήσομαι,
αὐτή τ' ἐκείνας οὐκέτ' ὄψομαί ποτε.

Magnum pondus in *οὐκέτι* vocabulo positum videtur, cuius vis tmesi admodum minueretur.[1])

[1]) De aliis locis per *οὔτε . . τε . . οὐ* negatis infra disputabitur.

Trach. 582

κακὰς δὲ τόλμας μήτ' ἐπισταίμην ἐγὼ
μήτ' ἐκμάθοιμι, τάς τε τολμώσας στυγῶ.

Hic duo *μήτε* per *τε* continuantur. Nihil notabile occurrit, nisi quod aiens sententia *τάς τε τολμώσας στυγῶ* post duas negativas magna cum gravitate extollitur. Eadem gradatio observatur, ubi *τε* post *οὔτε* (*μήτε*) simplex cernitur.

Soph. El. 350

οὔτε ξυνέρδεις τήν τε δρῶσαν ἐκτρέπεις.

Non rari eiusmodi loci sunt,[1]) cf. Stallbaum ad Plat. Prot. p. 309,b. Neque tamen semper per *τε* post unum *οὔτε* (*μήτε*) orationis sublationem effici argumento est e. g.

Hec. 1230

νῦν δ' οὔτ' ἐκεῖνον ἄνδρ' ἔχεις σαυτῷ φίλον
χρυσοῦ τ' ὄνησις οἴχεται παῖδές τε σοί,
αὐτός τε πράσσεις ὧδε.

Hic sensu ulla gradatio removetur.

Altera negationum bimembrium forma est *οὐ . . οὐδέ* (*μή . . μηδέ*). *Οὐδέ* (*μηδέ*) particulae vim ut constituamus, incipiendum est a *δέ* vocis natura.

Per *δὲ* novam sententiam ad superiora accedentem significari arbitramur. Argumentum est, quod *δὲ* invenimus

α.) in vocibus vel eisdem vel contrariis invicem sibi opponendis

Phil. 633

ἀλλ' ἔστ' ἐκείνῳ πάντα λεκτά, πάντα δὲ
τολμητά.

β.) in sententia priori applicanda, imprimis in apodosi

O. R. 1266

ἐπεὶ δὲ γῇ
ἔκειτο τλήμων, δεινὰ δ' ἦν τἀνθένδ' ὁρᾶν.

γ.) in interrogatione

O. C. 36

ΞΕ πρὶν νῦν τὰ πλείον' ἱστορεῖν, ἐκ τῆσδ' ἕδρας

[1]) Omnia huiusmodi exempla una cum locis bis negatis enumerabuntur.

ἔξελθ᾽· ἔχεις γὰρ χῶρον οὐχ ἁγνὸν πατεῖν.
ΟΙ. τίς δ᾽ ἔσθ᾽ ὁ χῶρος; τοῦ θεῶν νομίζεται;

δ.) in responso
Ant. 90
ΙΣ. ἀλλ᾽ ἀμηχάνων ἐρᾷς.
ΑΝ. οὐκοῦν, ὅταν δὴ μὴ σθένω, πεπαύσομαι.
ΙΣ. ἀρχὴν δὲ θηρᾶν οὐ πρέπει τἀμήχανα.

ε.) in ordiendo sermone, imprimis ubi narratio incipitur
Ant. 1192
ἐγώ, φίλη δέσποινα, καὶ παρὼν ἐρῶ
κοὐδὲν παρήσω τῆς ἀληθείας ἔπος.
τί γάρ σε μαλθάσσοιμ᾽ ἂν ὧν ἐς ὕστερον
ψεῦσται φανούμεθ᾽; ὀρθὸν ἀλήθει᾽ ἀεί.
ἐγὼ δὲ σῷ ποδαγὸς ἑσπόμην πόσει.

ζ.) in parenthesi
Phil. 1324
ὅμως δὲ λέξω· Ζῆνα δ᾽ ὅρκιον καλῶ.
καὶ ταῦτ᾽ ἐπίστω...

His confisi exemplis, quibus multo plura addere possumus, *δέ* vocis provinciam esse confirmamus novum quoddam antecedentibus adnectere. Hoc *δέ* etiam, ubi *καί* praecedit, observatur.
Prom. 971
χλιδῶ; χλιδῶντας ὧδε τοὺς ἐμοὺς ἐγὼ
ἐχθροὺς ἴδοιμι· καὶ σὲ δ᾽ ἐν τούτοις λέγω.
Phil 1360
οἷς γὰρ ἡ γνώμη κακῶν
μήτηρ γένηται, τἄλλα παιδεύει κακούς.
καὶ σοῦ δ᾽ ἔγωγε θαυμάσας ἔχω τόδε.
I. T. 1205
ΘΟ. ἴτ᾽ ἐπὶ δεσμά, πρόσπολοι.
ΙΦ. κἀκκομιζόντων δὲ δεῦρο τοὺς ξένους.

Iam vero, cum non eadem sed nova enuntiatio per *δέ* inferatur, ea priori semper quodammodo opposita est. Sequitur, ut etiam *δέ* particulae opponendi quaedam vis adhaerescat, quae interdum clarissime apparet, sc. ubi nomina contraria opponuntur:
Phil. 334
τέθνηκεν, ἀνδρὸς οὐδενός, θεοῦ δ᾽ ὕπο,

ideoque saepissime, ubi *δέ* ad prius *μέν* refertur:
Eur. fr. 415,4
τῶν μὲν αὔξεται βίος,
τῶν δὲ φθίνει.

Sed ea fortis oppositio non tam e natura particulae *δέ* quam e contextu nascitur. Neque enim umquam *δέ* cum *ἀλλά* certat. Immo vero dubitari non debet, quin parva vis opponendi, quae particula ipsa continetur, propter cotidianam dicendi consuetudinem a Graecis ipsis paulatim minus sensa fuerit. Ita fit, ut dicere liceat *δέ* particulam novam sententiam cum prioribus coniungere. Nihilo secius *δέ* clarissime a *τε* et *καί* differt. Nam per *τε* alterum membrum cum superiore in unam rem copulatur, per *δέ*, quod cum antecedentibus minus cohaereat, adiungitur. Et cum *καί* quaslibet res adserat, *δέ* semper novum quoddam addit.

Iam igitur *οὐδέ* et *μηδέ* novam negatam sententiam superiori adiungunt. Neque desunt exempla, quamquam rarissima et apud Euripidem solum exstant, ubi per *οὐδέ* graviter opponi e sensu apparet.
Bacch. 754
ἥρπαζον μὲν ἐκ δόμων τέκνα,
ὁπόσα δ᾽ ἐπ᾽ ὤμοις ἔθεσαν, οὐ δεσμῶν ὕπο
προσείχετ᾽ οὐδ᾽ ἔπιπτεν ἐς μέλαν πέδον.
Herc. fur. 133
τὸ δὲ δὴ κακοτυχὲς οὐ λέλοιπεν ἐκ τέκνων
οὐδ᾽ ἀποίχεται χάρις.

Sed alias *οὐδέ* et *μηδέ* ipso usu et loquendi consuetudine aliquanto magis quam *δέ* coniunctivam vim sibi adsciverunt, id quod iam inde cognoscitur, quia saepe eas negationes in tertium et quartum et quintum membrum continuatas videmus. Quidnam oppositionis in tertio aut in posteriore membro inesse potest? Praeterea accedunt plurima illa exempla, ubi per *οὐδέ* (*μηδέ*) simpliciter coniungitur.

Iam ad finem praemonendorum venimus. Ut ea, quae de negationibus *οὔτε..οὔτε* (*μήτε..μήτε*) et *οὐ..οὐδέ* (*μή..μηδέ*) constituimus, paucis comprehendamus, ita profitemur: duas res per *οὔτε..οὔτε* (*μήτε..μήτε*) negatas arte inter se relatas in

unam notionem cogi, per *οὐ .. οὐδέ* (*μή .. μηδέ*) alteram rem ad priorem liberius adseri.

I.

His praemissis singulos locos aggredimur, quorum omnes, qui codicum fide certa traditi sunt, in prima parte enumerabimus eo consilio, ut patefiat, quot exempla negationum bimembrium et qua structura unusquisque poetarum tragicorum composuerit. Et in priore capite (A) omnes loci afferentur, ubi alteri *οὔτε* (*μήτε*) aut *οὐ* (*μή*) alterum *οὔτε* (*μήτε*) aut *οὐδέ* (*μηδέ*) respondet, in secundo (B) ii, quorum negationes licentius usurpatae sunt.

A.

Negantur

1. substantiva

a.) per *οὔτε .. οὔτε* vel *μήτε .. μήτε*

α.) subiecta.[1]

Pers. 14

κοὔτε τις ἄγγελος οὔτε τις ἱππεὺς
ἄστυ τὸ Περσῶν ἀφικνεῖται·

Prom. 794. Aesch. fr. 170. 196,3.[2]

Ai. 572. 1232. Soph. El. 180. O. R. 56. 1227. 1428. 1581. 1658. 1679. Trach. 132. 606. 1048.

Alc. 360. Hec. 1181. Hel. 420.[3] Herc. fur. 227. Hipp. 1030. Ion. 1275. Med. 542. 798. Troad. 620. Eur. fr. 48,3. 426,2. 981,3.

---

[1]) Per *οὔτε .. τε* subiecta inducuntur Prom. 263.

[2]) Aesch. fr. 196,3

ἵν' οὔτ' ἄροτρον οὔτε γατόμος
τέμνει δίκελλ' ἄρουραν

libri *δικέλλης*. Tamen *γατόμος* adiectivum clarissime demonstrat Holstenium recte coniecisse *δίκελλ'*.

[3]) Hel. 420

οὔτε γὰρ σῖτος πάρα
οὔτ' ἀμφὶ χρῶτ' ἐσθῆτες

σῖτον codex, *σῖτος* Musgravius, quod voce *ἐσθῆτες* probatur.

Huc accedant Ant. 606

τὰν οὔθ' ὕπνος αἱρεῖ ποθ' ὁ παντογήρως
οὔτ' ἀκάματοι θεῶν μῆνες

ἀκάματοι θεῶν μῆνες codex Laurentianus. Sed non ita a poeta scriptum est. Nam praeterquam quod verba ipsa obscura sunt, cum antistropha certe tradita non congruunt. In suspenso igitur ea relinquimus, quod rectam lectionem restituere nequimus.

β.) obiecta

O. R. 269

καὶ ταῦτα τοῖς μὴ δρῶσιν εὔχομαι θεοὺς
μήτ' ἄροτον αὐτοῖς γῆς ἀνιέναι τινὰ
μήτ' οὖν γυναικῶν παῖδας.

Pers. 173. Prom. 21.

Ai. 1202. Soph. El. 869. 1050. Phil. 8. Soph. fr. 327,1.

Hec. 791. Heracl. 813. 1040. Hipp. 1224. 1321. Ion. 1542. Phoen. 874. Eur. fr. 194,3. 239.

Theodectes fr. 18,1. Adesp. 405.

γ.) genetivi subiectivi vel obiectivi.

Ai. 1199

ἦ κεῖνος οὔτε στεφάνων
οὔτε βαθειᾶν κυλίκων
νεῖμεν ἐμοὶ τέρψιν ὁμιλεῖν.

Prom. 456. 889.

Hec. 370. Hipp. 530. I. A. 9.

Rhes. 601.[1]

---

[1]) Rhes. 601.

οὔτ' ἄν σφ' Ἀχιλλέως οὔτ' ἂν Αἴαντος δόρυ
μὴ πάντα πέρσαι ναύσταθμ' Ἀργείων σχέθοι.

Nonnullis codicibus (manu antiqua correctrice Vaticani 909 et Havniensi 417), qui digni sunt, quibus fidem habeamus, traditum est *ἀχιλλεὺς*. *Ἀχιλλέως* (Laurentiani 31,10, Laurentiani 32,2, Palatini) praeferimus versus aequabilitate commoti, cum *Ἀχιλλέως* et *Αἴαντος* optime inter se respondeant.

unam notionem cogi, per *οὐ . . οὐδέ* (*μή . . μηδέ*) alteram rem ad priorem liberius adseri.

I.

His praemissis singulos locos aggredimur, quorum omnes, qui codicum fide certa traditi sunt, in prima parte enumerabimus eo consilio, ut patefiat, quot exempla negationum bimembrium et qua structura unusquisque poetarum tragicorum composuerit. Et in priore capite (A) omnes loci afferentur, ubi alteri *οὔτε* (*μήτε*) aut *οὐ* (*μή*) alterum *οὔτε* (*μήτε*) aut *οὐδέ* (*μηδέ*) respondet, in secundo (B) ii, quorum negationes licentius usurpatae sunt.

A.

Negantur

1. substantiva

a.) per *οὔτε . . οὔτε* vel *μήτε . . μήτε*

α.) **subiecta.** [1])

Pers. 14

κοὔτε τις ἄγγελος οὔτε τις ἱππεὺς
ἄστυ τὸ Περσῶν ἀφικνεῖται·

Prom. 794. Aesch. fr. 170. 196,3. [2])

Ai. 572. 1232. Soph. El. 180. O. R. 56. 1227. 1428. 1581. 1658. 1679. Trach. 132. 606. 1048.

Alc. 360. Hec. 1181. Hel. 420. [3]) Herc. fur. 227. Hipp. 1030. Ion. 1275. Med. 542. 798. Troad. 620. Eur. fr. 48,3. 426,2. 981,3.

---

[1]) Per *οὔτε . . τε* subiecta inducuntur Prom. 263.

[2]) Aesch. fr. 196,3

ἵν' οὔτ' ἄροτρον οὔτε γατόμος
τέμνει δίκελλ' ἄρουραν

libri *δικέλλης*. Tamen *γατόμος* adiectivum clarissime demonstrat Holstenium recte coniecisse *δίκελλ'*.

[3]) Hel. 420

οὔτε γὰρ σῖτος πάρα
οὔτ' ἀμφὶ χρῶτ' ἐσθῆτες

σῖτον codex, *σῖτος* Musgravius, quod voce *ἐσθῆτες* probatur.

Huc accedant Ant. 606

τὰν οὔθ' ὕπνος αἱρεῖ ποθ' ὁ παντογήρως
οὔτ' ἀκάματοι θεῶν μῆνες

ἀκάματοι θεῶν μῆνες codex Laurentianus. Sed non ita a poeta scriptum est. Nam praeterquam quod verba ipsa obscura sunt, cum antistropha certe tradita non congruunt. In suspenso igitur ea relinquimus, quod rectam lectionem restituere nequimus.

β.) **obiecta**

O. R. 269

καὶ ταῦτα τοῖς μὴ δρῶσιν εὔχομαι θεοὺς
μήτ' ἄροτον αὐτοῖς γῆς ἀνιέναι τινὰ
μήτ' οὖν γυναικῶν παῖδας.

Pers. 173. Prom. 21.

Ai. 1202. Soph. El. 869. 1050. Phil. 8. Soph. fr. 327,1.

Hec. 791. Heracl. 813. 1040. Hipp. 1224. 1321. Ion. 1542. Phoen. 874. Eur. fr. 194,3. 239.

Theodectes fr. 18,1. Adesp. 405.

γ.) **genetivi subiectivi vel obiectivi.**

Ai. 1199

ἢ κεῖνος οὔτε στεφάνων
οὔτε βαθειᾶν κυλίκων
νεῖμεν ἐμοὶ τέρψιν ὁμιλεῖν.

Prom. 456. 889.

Hec. 370. Hipp. 530. I. A. 9.

Rhes. 601. [1])

---

[1]) Rhes. 601.

οὔτ' ἂν σφ' Ἀχιλλέως οὔτ' ἂν Αἴαντος δόρυ
μὴ πάντα πέρσαι ναύσταθμ' Ἀργείων σχέθοι.

Nonnullis codicibus (manu antiqua correctrice Vaticani 909 et Havniensi 417), qui digni sunt, quibus fidem habeamus, traditum est *ἀχιλλεύς*. *Ἀχιλλέως* (Laurentiani 31,10, Laurentiani 32,2, Palatini) praeferimus versus aequabilitate commoti, cum *Ἀχιλλέως* et *Αἴαντος* optime inter se respondeant.

b) per *οὐ..οὐδέ* vel *μή..μηδέ*

α.) **subiecta.**

Hipp. 1397
οὐκ ἔστι σοι κυναγὸς οὐδ' ὑπηρέτης.
Sept. 885. Prom. 988. Aesch. fr. 230.
O. R. 1376. O. C. 607. Trach. 145. Phil. 416.
Heracl. 193. 375. Ion. 184. Med. 598. Eur. fr. 1050,1. 1052,5.
Eum. 295. Herc. fur. 316 (*οὔτοι..οὐδέ*).
I. A. 1281. Phoen. 1547 (*οὐκέτι..οὐδέ*).
Soph. El. 484 (*οὔποτε..οὐδέ*). Eur. fr. 303,1 (*οὐδέποτε..οὐδέ*).
Or. 1 (*οὐδείς..οὐδέ*).

β.) **obiecta.**

Pers. 359.
οὐ ξυνεὶς δόλον
Ἕλληνος ἀνδρὸς οὐδὲ τὸν θεῶν φθόνον.
O. R. 1371. O. C. 265. Phil. 691. 955. 1308.
Hec. 578. Heracl. 489. Med. 628. Eur. fr. 431,1.
Thespis fr. 3,2.
Eur. Suppl. 253 (*οὔτοι..οὐδέ*).
Ant. 1019 (*οὐκέτι..οὐδέ*).
Eur. El. 324 (*οὔπω..ποτέ..οὐδέ*).[1] Trach. 461 (*οὔπω..οὐδέ*).
Andr. 464 (*οὐδέποτε..οὐδέ*).
I. A. 373 (*μηδείς..μηδέ*).
Hipp. 1055 (*οὐδέ..οὐδέ..οὐδέ*).

γ.) **genetivi.**

Ai. 1076
μηδὲν φόβου πρόβλημα μηδ' αἰδοῦς ἔχων.

---

[1]) Eur. El. 323
Ἀγαμέμνονος δὲ τύμβος ἠτιμασμένος
οὔπω χοάς ποτ' οὐδὲ κλῶνα μυρσίνης
ἔλαβε.
324. *οὐπώποτ' οὐ χοὰς* libri. Quae tamen versus numeris excluduntur. Porsonem recte coniecisse *οὔπω χοάς ποτ'* veri simillimum est. De negationum vi dubitari non debet.

Soph. El. 1015.
Andr. 149. 366. Troad. 375.
Trach. 448 (*μηδείς..μηδέ*).

II. pronomina.

a.) per *οὔτε..οὔτε* vel *μήτε..μήτε.*

α.) **subiecta.**

Soph. El. 910
κἀγὼ μὲν οὐκ ἔδρασα, τοῦτ' ἐπίσταμαι.
οὐδ' αὖ σύ·
Soph. El. 1050. O. R. 587. 1020. Phil. 113. 230. Med. 479.

β.) **obiecta.**

Hel. 1619
οὐκ ἄν ποτ' ηὔχουν οὔτε σ' οὔθ' ἡμᾶς λαθεῖν
Μενέλαον,
O. R. 374. Phil. 230. 1304.[1])
Andr. 328.

γ.) **genetivi.**

Heracl. 492
οὔτε γὰρ τέκνα
σφάξειν ὅδ' αὐτοῦ φησιν οὔτ' ἄλλου τινός.

b.) per *οὐ..οὐδέ.*

obiecta.

Heracl. 64
οὔτοι βίᾳ γέ μ' οὐδὲ τούσδ' ἄξεις λαβών.

---

[1]) Phil. 1304 in codice Laurentiano exstat:
ἀλλ' οὔτ' ἐμοὶ καλὸν τοῦτ' ἐστὶν οὔτε σοι.
Sed quartus pes spondeus est. Quare formam a Wakefieldo correctam accepimus,
ἀλλ' οὔτ' ἐμοὶ τοῦτ' ἐστὶν οὔτε σοὶ καλόν.
quam rectam ducimus, quod e verbis traditis prodit ordine tantum verborum mutato, et quod negationum vis in versu a Wakefieldo composito eadem est atque in codicis Laurentiani scriptura.

III. substantiva et pronomina.

a.) per *οὔτε..οὔτε* vel *μήτε..μήτε.*

α.) **subiecta.**

Hel. 988.

οὐ γὰρ γαμεῖ τήνδ' οὔτε σύγγονος σέθεν
οὔτ' ἄλλος οὐδείς.

O. R. 31. 1455. Phil. 89. Soph. fr. 511.

β.) **obiecta.**

Ant. 1072

ὧν οὔτε σοὶ μέτεστιν οὔτε τοῖς ἄνω
θεοῖσιν.

Soph. El. 800. O. C. 911. 1528.
Andr. 866. Hec. 1243.

b.) per *οὐ..οὐδέ.*

α.) **subiecta.**

Eum. 69

αἷς οὐ μίγνυται
θεῶν τις οὐδ' ἄνθρωπος οὐδὲ θήρ ποτε.

Bacch. 773. Eur. fr. 506,4.

β.) **obiecta.**

Alc. 965

κρεῖσσον οὐδὲν Ἀνάγκας
εὗρον. οὐδέ τι φάρμακον

Eur. fr. 979,1 (*οὔτοι..οὐδέ*).

IV. adiectiva.

a.) per *οὔτε..οὔτε* vel *μήτε..μήτε.*

Sept. 338

οὔτε μεῖον οὔτ' ἴσον λελιμμένοι.

Ag. 345. Aesch. Suppl. 591. Aesch. fr. 96.
O. R. 310. 322. Ant. 12. Trach. 324. Soph. fr. 606.
Hec. 1234. Hel. 257. Med. 461. Or. 1201. Troad. 503.
Eur. fr. 843. 1083,7.

b.) per *οὐ..οὐδέ* vel *μή..μηδέ.*

Aesch. Suppl. 190

καὶ μὴ πρόλεσχος μηδ' ἐφολκὸς ἐν λόγῳ
γένῃ·

Ag. 1403. Eum. 234. Aesch. Suppl. 226.
O. C. 944. 1028.
Alc. 417. 432. 683. Andr. 357. Bacch. 437. 1244. Hec. 715. Troad. 477. Eur. fr. 48,3. 334,4. 688,2.
Soph. El. 1246 (*οὔποτε..οὐδέποτε*).
Ant. 1025. Ion. 1463 (*οὐκέτι..οὐδέ*).
Pers. 242 (*οὔτις..οὐδέ*).
Phil. 1006 (*μηδείς..μηδέ*).
Herc. fur. 669. Hipp. 437. I. A. 130. Med. 807. Eur. fr. 316,5. Adesp. 26,2 (*οὐδείς..οὐδέ, μηδείς..μηδέ*).
Ai. 221. O. R. 1289. O. C. 39 (*α* privativum..*οὐδέ*).

V. substantiva et adiectiva.

a.) per *οὔτε..οὔτε.*

Soph. fr. 703,2

ὃς οὔτε τοὐπιεικὲς οὔτε τὴν χάριν
οἶδεν.

Ant. 4. 787.

b.) per *οὐ..οὐδέ* vel *μή..μηδέ.*

Hec. 235

μὴ λυπρὰ μηδὲ καρδίας δηκτήρια
ἐξιστορῆσαι,

Soph. El. 432.
I. A. 1178. Eur. Suppl. 803. Eur. fr. 339,3.

VI. verba.

a.) per *οὔτε..οὔτε* vel *μήτε..μήτε.*

α.) **praedicata.**

Ag. 235.

τὰ δ' ἔνθεν οὔτ' εἶδον οὔτ' ἐννέπω·

Soph. El. 177. 1324. O. C. 927. Ant. 238. 686. 1157. Trach. 480. 582.
Andr. 731. Bacch. 617. Hel. 292. Herc. fur. 1341. Hipp. 1260. I. T. 104. Eur. fr. 282,3. 1056,1.

β.) **infinitivi.**

Pers. 215

οὔ σε βουλόμεσθα, μῆτερ, οὔτ' ἄγαν φοβεῖν λόγοις
οὔτε θαρσύνειν,

Pers. 290. Sept. 639. Ag. 1335. Eum. 36. Prom. 106. Aesch. fr. 250. 266,3.
Soph. El. 307. O. R. 236. Ant. 203. 266.

γ.) **participia.**

Ag. 749

πῶς σε σεβίζω
μήθ' ὑπεράρας μήθ' ὑποκάμψας
καιρὸν χάριτος;

Ag. 69 [1])
O. R. 484. 1484. Ant. 16. Soph. fr. 481,4 [2]).
Bacch. 801. Rhes. 315. 811. 836.

b.) per *οὐ . . οὐδέ* vel *μή . . μηδέ.*

α.) **praedicata.**

Aesch. Suppl. 861

οὐ γάρ μ' ἔθρεψαν οὐδ' ἐγήρασαν τροφῇ.

O. C. 429. Phil. 905. Soph. fr. 187,2.

---

[1]) Ag 69

οὔθ' ὑποκαίων οὔθ' ὑπολείβων
οὔτε δακρύων ἀπύρων ἱερῶν
ὀργὰς ἀτενεῖς παραθέλξει.

ὑποκλαίων libri. Qua lectione accepta minime intellegimus, quonam modo inter *ὑποκλαίων* et *δακρύων* i. e. inter verba lamentandi *ὑπολείβων* „libare“ stare possit. Immo ex *ὑπολείβων* verbo apparet de sacrificiis sermonem esse. Quare Casaubonum secuti *ὑποκαίων* ponimus.

[2]) Soph. fr. 481.

οὐδ' ὁ κρείσσων Ζεὺς ἐμοῦ τυραννίδι
οὔτ' ἐξεπομβρῶν οὔτ' ἐπαυχμήσας φίλος.

Grotio assentimur, qui ex *ἐξ ἐπόμβρων* et *ἐξεπόμβρων* librorum Stobaei coniecit *ἐξεπομβρῶν*.

Alc. 644. Bacch. 597. El. 1031. Heracl. 556. Herc. fur. 718. Eur. fr. 953,18. Rhes. 399. 641.
Prom. 1007 (*οὐδείς . . οὐδέ*).
Soph. El. 1005 (*οὐδείς . . οὐδέ*). O. C. 776 (*μηδείς . . μηδέ*).
Ant. 499 (*οὐδείς . . μηδέ*).
Troad. 71 (*οὐδείς . . οὐδέ*).
Hipp. 919 (*οὔπω . . οὐδέ*).
Or. 520 (*οὔποτε . . οὐδέ*).
Eur. fr. 898,2 (*οὐδέ . . οὐδέ*).

β.) **infinitivi.**

Trach. 88

νῦν δ' ὁ ξυνήθης πότμος οὐκ εἴα πατρὸς
ἡμᾶς προταρβεῖν οὐδὲ δειμαίνειν ἄγαν.

Eum. 218 [1]).
Phil. 1058.
Hel. 908.

γ.) **participia.**

O. R. 625.

ὡς οὐχ ὑπείξων οὐδὲ πιστεύσων λέγεις;

Alc. 404. Rhes. 325.
Adesp. 492
Alc. 1037 (*οὔτοι . . οὐδέ*).
O. R. 37 (*οὐδείς . . οὐδέ*).
Andr. 499 (*οὐδείς . . οὐδέ*).
Phil. 681 (*οὔτις . . οὐδέ*).

VII. adiectiva et participia.

a.) per *οὔτε . . οὔτε* vel *μήτε . . μήτε.*

O. R. 89

οὔτε γὰρ θρασὺς
οὔτ' οὖν προδείσας εἰμὶ τῷ γε νῦν λόγῳ.

---

[1]) Eum. 217

εἰ τοῖσιν οὖν κτείνουσιν ἀλλήλους χαλᾷς
τὸ μὴ γενέσθαι μηδ' ἐποπτεύειν κότῳ.

Quamquam *γενέσθαι*, pro quo Kirchoffius *μὴ 'ντρέπεσθαι* conicit, minime constare potest, tamen infinitivus non dubius est.

Ag. 474. Eum. 520.
O. C. 702[1]). Ant. 374. Phil. 221.
Eur. El. 380.

b.) per *οὐ..οὐδέ* vel *μή..μηδέ.*

O. R. 874
ὕβρις, εἰ πολλῶν ὑπερπλησθῇ μάταν,
ἃ μὴ 'πίκαιρα μηδὲ συμφέροντα,
... ἀπότομον ὤρουσεν εἰς ἀνάγκαν,
O. R. 885. Ant. 251. Phil. 1. 856. (*α* privativum ..*οὐδέ*)

VIII. adverbia.[2])

a.) per *οὔτε..οὔτε* vel *μήτε..μήτε.*

α.) **adverbia temporis.**

Bacch. 187
ὡς οὐ κάμοιμ' ἂν οὔτε νύκτ' οὔθ' ἡμέραν
θύρσῳ κροτῶν γῆν.
Ag. 352.[3])

---

[1]) O. C. 702
τὸ μέν τις οὔτε νεαρὸς οὔτε γήρᾳ
σημαίνων ἁλιώσει χερὶ πέρσας.
Ita codex Laurentianus. Sed numeri strophae et antistrophae non congruunt. Et *γήρᾳ σημαίνων* tam inusitatum est, ut corruptum hunc locum existimemus.

[2]) Adverbia omnia praeter subiecta et obiecta intellegimus, quibus verba latius explanantur.

[3]) Ag. 349
Δία τοι ξένιον μέγαν αἰδοῦμαι
τὸν τάδε πράξαντ' ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ
τείνοντα πάλαι τόξον, ὅπως ἂν
μήτε πρὸ καιροῦ μήθ' ὑπὲρ ἄστρων
βέλος ἠλίθιον σκήψειεν.
Μηθ' ὑπὲρ ἄστρων quomodo vertamus et quare adverbium temporis sit, quaeritur. Stanlei et Hermanni sententiam perscrutati sumus, qui explicant e proverbio *εἰς οὐρανὸν τοξεύειν*, de quo hoc Zenobii testimonium habemus: *εἰς οὐρανὸν τοξεύειν: ἐπὶ τῶν διακενῆς πονούντων.* Sensus igitur est Iovem arcum tentum tenere, ut neque ante tempus neque frustra telum mittat. Verum displicet nobis illa interpretatio, primum quod

Soph. El. 780. O. R. 489.

β.) **adverbia loci.**

Hel. 1577.
γαίας ἦμεν οὔτ' ἄγαν πρόσω
οὔτ' ἐγγύς.
Sept. 170. Eum. 55. 693.
O. R. 857. O. C. 612. Soph. fr. 422.
Alc. 973. Herc. fur. 849. Eur. Suppl. 968. Hipp. 974.
Eur. fr. 910,3.
Lycophr. fr. 1,3. Adesp. 547,6.

γ.) **adverbia varii generis.**

O. R. 395.
ἣν οὔτ' ἀπ' οἰωνῶν σὺ προὐφάνης ἔχων
οὔτ' ἐκ θεῶν του γνωτόν.
O. R. 239. O. C. 988. Trach. 936. 1021. Phil. 72.
Hipp 511. Ion. 506. Phoen. 1227.

---

ea accepta Iovem frustra telum iacere bis enuntiatur, et verbis *ὑπὲρ ἄστρων* et adiectivo *ἠλίθιον.* Praeterea si eadem sententia hic exstaret, quae verbis *εἰς οὐρανὸν τοξεύειν* continetur, non tam *ὑπὲρ ἄστρων* exspectaremus quam *εἰς ἄστρα*, cum *ὑπὲρ ἄστρων* „supra sidera“ illam sententiam miro et inepto quodam modo efferret, et *ὑπὲρ ἄστρων* praecedentibus *πρὸ καιροῦ* non aequo sed graviore pondere opponeretur, cuiusmodi exempla contraria alias apud Aeschylum non invenimus. Propterea Stanleio et Hermanno non assentimur. Iam vero Wellaueri, Weilii, Karstenii, Blomfieldi, Schneidewini, Keckii, Blaydesii sententiis recognitis in Naegelsbachii partes concessimus, qui (Nachhomerische Theologie p. 147) Graecos sideribus ad tempora describenda usos esse monuit, cuius rei testimonia sunt e. gr.
Il. X, 252
ἄστρα δὲ δὴ προβέβηκε, παροίχωκεν δὲ πλέων νύξ
et Aeschyli ipsius Prom. 458
ἀλλ' ἄτερ γνώμης τὸ πᾶν
ἔπρασσον, ἔστε δή σφιν ἀντολὰς ἐγὼ
ἄστρων ἔδειξα τάς τε δυσκρίτους δύσεις.
Propterea *ὑπὲρ ἄστρων* significare arbitramur „non ad tempus“, quod hic, ut e praecedenti *πρὸ καιροῦ* concluditur, vertendum est „post tempus“. Iam igitur *μήτε πρὸ καιροῦ μήθ' ὑπὲρ ἄστρων* reddimus „nec ante nec post tempus“. Per prolepsin adiectivum *ἠλίθιον* positum est. Temporis igitur adverbium *ὑπὲρ ἄστρων* accipimus.

b.) per *οὐ..οὐδέ* vel *μή..μηδέ.*

α.) **adverbia temporis.**

Alc. 320

καὶ τόδ' οὐκ εἰς αὔριον,
οὐδ' εἰς τρίτην μοι μηνὸς ἔρχεται κακόν.

β.) **adverbia loci.**

Soph. El. 573

οὐ γὰρ ἦν λύσις
ἄλλη στρατῷ πρὸς οἶκον οὐδ' εἰς Ἴλιον.

Soph. El. 500. 922. O. C. 694.
Eur. El. 175. Ion. 156. Or. 513. Troad. 1138. Eur. fr. 331.
O. R. 898 (*οὐκέτι..οὐδέ*).
Troad. 1110 (*μηδέποτε..μηδέ*).

γ.) **adverbia varii generis.**

O. C. 1663

ἀνὴρ γὰρ οὐ στεναχτὸς οὐδὲ σὺν νόσοις
ἀλγεινὸς ἐξεπέμπετ'(ο),

Sept. 262. 598. Ag. 769. Prom. 215. 1076.
O. C. 501. Trach. 366. Phil. 777.
Eur. El. 162. Suppl. 812. I. A. 1085. Ion. 1312. 1492. Troad. 1209. Phoen. 1555. 1592.

IX. sententiae.

a.) per *οὔτε..οὔτε* vel *μήτε..μήτε.*

α.) **quorum subiectum commune est.**[1])

Soph. El. 239

μήτ' εἴην ἔντιμος τούτοις
μήτ', εἴ τῳ πρόσκειμαι χρηστῷ,
ξυνναίοιμ' εὔκηλος.

Alc. 868

οὔτε γὰρ αὐγὰς χαίρω προσορῶν
οὔτ' ἐπὶ γαίας πόδα πεζεύων.

---

[1]) Huius generis sententiae per *οὔτε (μήτε)..τε* inductae: Prom. 247. Phil. 1363. Eur. Suppl. 328.

Sept. 1004. Eum. 407. 843.
Ai. 289. Soph. El. 1138. O. R. 601. 609. O. C. 731. 853. 939[1]). 1295. 1385. 1523. 1760. Ant. 184. 239. 271. 277. 819. Trach. 3. Soph. fr. 728.

---

[1]) O. C. 939

ἐγὼ οὔτ' ἄνανδρον τήνδε τὴν πόλιν λέγω,
ὦ τέκνον Αἰγέως, οὔτ' ἄβουλον, ὡς σὺ φῄς,
τοὔργον τόδ' ἐξέπραξα.

In codice Laurentiano exaratum est *λέγω*, in recentiore libro *λέγων*. Recentioris manus lectione accepta ita coniungimus: *ἐγὼ τήνδε τὴν πόλιν λέγων οὔτε ἄνανδρον οὔτε ἄβουλον τόδε τὸ ἔργον ἐξέπραξα*, ut per *οὔτε..οὔτε* adiectiva ad *πόλιν* pertinentia negentur. Sed *πόλις ἄβουλος* quid significet, non intellegitur. Accedit, cum e verbis *ὡς σὺ φῄς* Creontem ad Thesei orationem respicere appareat, quod intra vituperationes a Theseo antea Creonti obiectas frustra causam quaerimus, de qua Athenae a Creonte vocentur *πόλις ἄβουλος*. Secundum versum 917 exspectamus *πόλιν δούλην*. Sed codicis Laurentiani lectione *λέγω* posita *ἄβουλον* ad *τοὔργον* refertur et sententiae per *οὔτε..οὔτε* negantur, ut vertamus: „Neque robore virorum Athenas carere dico, neque inconsulte hoc feci“, quod utrumque supra in Thesei oratione invenitur. Nam primus versus

ἐγὼ οὔτε ἄνανδρον τήνδε τὴν πόλιν λέγω

sine dubio ad *καί μοι πόλιν κένανδρον..ἔδοξας εἶναι* (917) respicit. Altera sententia *οὔτ' ἄβουλον τοὔργον τόδ' ἐξέπραξα* quo referatur ut non certum ita veri simillimum nobis videtur. Neque enim unam sententiam sed magnam Thesei orationis partem Creontem designare arbitramur. Duae enim sententiae versibus 911—931 continentur, altera Creontem Athenas viris et rege quasi vacuas putare (917—918), altera Creontem se et patria sua indigna effecisse (911—916 et 919—931). Neque vero Thesei crimina Creon repellit, sed novas res, de quibus verba facit, affert, id quod iure in scholiis notatur. Fugere igitur Thesei obiurgationes studet. Propterea non est, quod miremur eum copiosa illius verba paucis comprehendere. Postquam priorem sententiam non totam illis verbis *οὔτ' ἄνανδρον τήνδε τὴν πόλιν λέγω* reddidit, alteram, qua ipse multo acerbius vituperatur, fere omittit. Neque enim ultima tantum verba 930

καί σ' ὁ πληθύων χρόνος
γέρονθ' ὁμοῦ τίθησι καὶ τοῦ νοῦ κενόν

sed omnia illa (911—916 et 919—931) verbis: *οὔτ' ἄβουλον τοὔργον τόδ' ἐξέπραξα* eum tangere arbitramur. Ita codicis Laurentiani lectionem *λέγω* explicamus et tenemus. Sententiae igitur, non adiectiva per *οὔτε..οὔτε* negantur ideoque hic illi versus enumerandi sunt.

Alc. 317. 332[1]). 345. Andr. 619. Bacch. 327. Hec. 225. Hel. 947. Eur. El. 1091. Heracl. 97. Herc. fur. 1354. Eur. Suppl. 853. Hipp. 402. 998. I. A. 141. 481. 1437. Med. 803. Or. 926. Troad. 727. Eur. fr. 29,2. 185,4. 852,4.
Adesp. 114,2.

β.) quorum subiecta aut varia aut diversa sunt.[2])

Soph. El. 913
ἀλλ' οὐδὲ μὲν δὴ μητρὸς οὔθ' ὁ νοῦς φιλεῖ
τοιαῦτα πράσσειν οὔτε δρῶσ' ἐλάνθανεν·

I. A. 998
σὺ μήτε σὴν παῖδ' ἔξαγ' ὄψιν εἰς ἐμήν,
μήτ' εἰς ὄνειδος ἀμαθὲς ἔλθωμεν, γύναι·

Pers. 166. Ag. 642. Aesch. Suppl. 397.
Soph. El. 1145. 1289. O. R. 171. 720. O. C. 425. Ant. 69. 539. 814. Phil. 1434.
Alc. 629. Andr. 301. Hec. 950. 956. Herc. fur. 80. I. A. 998. Med. 1197. Eur. fr. 172,1.
Mosch. fr. 6,7.
Bacch. 1383
ἔλθοιμι δ' ὅπου
μήτε Κιθαιρὼν μιαρὸς ...
μήτε Κιθαιρῶν' ὄσσοισιν ἐγώ.
μήθ' ὅθι θύρσου μνῆμ' ἀνάκειται.

Propter truncatam lectionem suspicari tantum licet sententias cum diversis subiectis hic exstare.

---

[1]) Alc. 332
οὐκ ἔστιν οὕτως οὔτε πατρὸς εὐγενοῦς
οὔτ' εἶδος ἄλλως εὐπρεπεστάτη γυνή.
Iure de textus integritate dubitamus. Nam minime superlativum *εὐπρεπεστάτη* intellegimus. Neque minus *οὕτως*, quod utique cum *εὐγενοῦς* coniungendeum est, in suspicionem cadit. *Οὕτως εὐγενοῦς* tam inusitatum est, ut merito diffidamus. Haud scimus an Nauckius (stud. Eur. II, p. 59) recte spurios hos versus censuerit.

[2]) Eiusdem generis sententiae per *οὔτε* (*μήτε*) .. *τε* inferuntur: O. C. 1397. Soph. fr. 85,4. I. T. 1017.

b.) per *οὐ..οὐδέ* vel *μή..μηδέ*.

α.) quorum subiectum commune est.

Alc. 621
καί μ' οὐκ ἄπαιδ' ἔθηκεν οὐδ' εἴασε σοῦ
στερέντα γήρᾳ πενθίμῳ καταφθίνειν,

Aut. 546
μή μοι θάνῃς σὺ κοινὰ μηδ' ἃ μὴ 'θιγες
ποιοῦ σεαυτῆς·

Pers. 800. 855. Sept. 539. 1061. Ag. 882. Eum. 789. 810. Suppl. 405. 913. 973. Prom. 377.
Ai. 75. Soph. El. 1483. O. R. 413. 1503. O. C. 210. 920. 1134. Ant. 546. Trach. 1183. Phil. 79. 281. 1400.
Alc. 287. 371. 549. 566. 621. Andr. 352. 439. Bacch. 310. 506.[1]) Hel. 445. 999. Eur. El. 175/178. Heracl. 318. Herc. fur. 718. 845. 1349. Suppl. 518. Hipp. 528. 994. 1437. I. A. 950. 1392. 1419. I. T. 221. Ion. 630. 761. Cycl. 320. Med. 555. 890. 1246. Troad. 1042. Phoen. 615. 1726. Eur. fr 216. 360,20. 454,1. 463. Rhes. 120.
Patrocles Thur. 1,7.
Choeph. 688 (*οὔτοι .. οὐδέ*).
Eur. Suppl. 297 (*οὔτοι .. οὐδέ*).
O. R. 1357 (*οὔκουν .. οὐδέ*).
Herc. fur. 159. Hipp. 719. 1026 (*οὔποτε .. οὐδέ, μήποτε .. μηδέ*).
Rhes. 81 (*οὔπω .. οὐδέ*).
Prom. 324 (*οὐδέπω .. οὐδέ*).
Ag. 1417 (*μηδείς .. μηδέ*).
Ai. 128 (*μηδείς .. μηδέ*).
I. T. 912 Eur. fr. 833,4. 1025,1 (*οὐδείς .. οὐδέ*).

---

[1]) Bacch. 506.
ΔΙ. οὐκ οἶσθ' ὅτι ζῇς οὐδ' ὁρᾷς οὔθ' ὅστις εἶ.
ΠΕ. Πενθεύς, 'Αγαύης παῖς, πατρὸς δ' 'Εχίονος.
Οὔθ' ὅστις εἶ verbis (506) Reiske et Elmsley offensi sunt, quare invitis codicibus coniecerunt: *οὐδ' ὃ δρᾷς οὐδ' ὅστις εἶ* Reiske, *εἴθ' ὅστις εἶ* Elmsley. Nos librorum *οὔθ' ὅστις εἶ* tenemus. Nam Penthea Dionysii orationem interrumpere arbitramur, Dionysium igitur per alterum *οὔτε* perrecturum fuisse.

Alc. 767. Bacch. 1360. Heracl. 222 (*οὐδέ..οὐδέ*).
Alc. 173 (*α* privativum . . *οὐδέ*).

β.) quorum subiecta aut varia aut diversa sunt.

Choeph. 84

τῶνδ' οὐ πάρεστι θάρσος, οὐδ' ἔχω τί φῶ,

Alc. 690

μὴ θνῆσχ' ὑπὲρ τοῦδ' ἀνδρός, οὐδ' ἐγὼ πρὸ σοῦ.

Ag. 967. Eum. 57. 133. 441. Aesch. Suppl. 362.
Ai. 1102. 1333. Soph. El. 364. O. C. 1201. Ant. 450. Trach. 438. Phil. 302.
Alc. 565. 636. Hec. 134. 231. 277. 282. Hel. 1646. Suppl. 955. Hipp. 271. 664. 994. 1250. I. A. 129. 307. 310. 602. 911. 1269. Ion. 540. Med. 1. Or. 137.[1]) Eur. fr. 360,44. Mosch. fr. 6,9. Adesp. 547,1.
O. R. 115 (*οὐκέτι . . οὐδέ*).
Eur. El. 1331 (*οὐκέτι . . οὐδέ*).
Prom. 687 (*οὔποτε . . οὐδέ*).
Hipp. 977. Med. 601. Andr. 1189. Phoen. 814 (*οὔποτε . . οὐδέ, μήποτε · · μηδέ*).
I. A. 841 (*οὐπώποτε . . οὐδέ*).
Trach. 604 (*μηδείς . . μηδέ*).
Alc. 965. Hel. 499. Hipp. 183. Phoen. 403. Eur. fr. 1059,4 (*οὐδείς . . οὐδέ, μηδείς . . μηδέ*).
Sept. 380 (*οὔτις . . οὐδέ*).
Ion. 1361 (*οὔτις . . οὐδέ*).
O. C. 685 (*οὐδέ . . οὐδέ*).
Eur. fr. 963,1 (*μηδέ . . μηδέ*).
Rhes. 764 (*οὐδέ . . οὐδέ*).
Prom. 528 (*μηδαμά . . μηδέ*).

His numeris ipsis, quomodo poetae inter se differant, satis iam cognoscitur. Aeschylus, qui raro bis negavit, neque

[1]) Or. 137

μὴ ψοφεῖτε, μηδ' ἔστω κτύπος

v. 141 legimus: *μὴ κτυπεῖτε μηδ' ἔστω κτύπος.* Sed sine dubio *μηδ' ἔστω κτύπος* a vetere critico ad lacunam explendam repetita sunt e v. 137.

οὔτε . . . οὔτε (*μήτε . . μήτε*) neque *οὐ . . οὐδέ* (*μή . . μηδέ*) praefert. Sophocles omnium longe saepissime *οὔτε . . οὔτε* (*μήτε . . μήτε*), multo rarius *οὐ . . οὐδέ* (*μή . . μηδέ*) scripsit. Euripides, cui *οὔτε . . οὔτε* (*μήτε . . μήτε*) minus accepta erant, *οὐ . . οὐδέ* (*μή . . μηδέ*) large et copiose posuit. Iam, cum *οὔτε . . οὔτε* (*μήτε . . μήτε*) pro natura sua notionem vel sententiam negatam subtiliter in partes distribui iubeant, cum *οὐ . . οὐδέ* (*μή . . μηδέ*) simpliciter adiungant, Sophoclem in rebus, quas negationibus iteratis significare volebat, diligentiam multo maiorem quam Aeschylum et Euridem consumpsisse hic iam suspicamur.[1])

B.

Non raro oratio post priorem negationem non per *οὐδέ* continuatur, sed per *οὐ*, e. gr.

Trach. 1013

καὶ νῦν ἐπὶ τῷδε νοσοῦντι
οὐ πῦρ, οὐκ ἔγχος τις ὀνήσιμον οὐκ ἐπιτρέψει;

Copulatione omissa *οὐκ ἔγχος* insigniter separantur, quare etiam maiorem vim sententiae attribuunt, quam si *οὐδέ* exstaret. Iam vero, quod oratio quodammodo interrupta post *οὐ πῦρ* paulum subsistit, haec quoque verba i. e. praecedentia fortius praedicantur. Adaugetur igitur hoc modo orationis vis. Similiter

Andr. 161

κοὐδέν σ' ὀνήσει δῶμα Νηρῇδος τόδε,
οὐ βωμὸς οὐδὲ ναός.

Andr. 168

οὐ γάρ ἐσθ' Ἕκτωρ τάδε
οὐ Πρίαμος οὐδὲ χρυσός, ἀλλ' Ἑλλὰς πόλις.

Heracl. 608

οὔτινά φημι θεῶν ἄτερ ὄλβιον, οὐ βαρύποτμον
ἄνδρα γενέσθαι.
οὐδὲ τὸν αὐτὸν ἀεὶ βεβάναι δόμον
εὐτυχίᾳ.

Cycl. 626

οὐδὲ πνεῖν ἐῶ,
οὐ σκαρδαμύσσειν οὐδὲ χρέμπτεσθαί τινα.

[1]) Qua de re infra plura disputabuntur.

Thespis fr. 3,2
οὐ ψεῦδος οὐδὲ κόμπον, οὐ μῶρον γέλων
ἀσκῶν.

Idem occurrit
Ant. 952
οὔτ' ἄν νιν ὄλβος οὔτ' Ἄρης,
οὐ πύργος, οὐχ ἁλίκτυποι
κελαιναὶ νᾶες ἐκφύγοιεν.

Nam iterum sine copula *οὐ πύργος, οὐχ ἁλίκτυποι* ad superiora accedunt. Quae tamen vis orationis *οὐ* post duplex *οὔτε* posito efficitur, ea per *οὐ* post *οὔτε* semel positum magnopere effertur, e. gr. Prom. 452
κοὔτε πλινθυφεῖς
δόμους προσείλους ἦσαν, οὐ ξυλουργίαν.

Nam praeterquam quod *οὐ ξυλουργίαν* a superioribus insigniter separatur etiam *οὔτε . . οὔτε* particularum proprietas removetur, quae geminatae vicissim inter se referri solent. Magna igitur secundi membri gradatio ita evadit. Huiusmodi exempla praesto sunt:

Med. 1348
ὃς οὔτε λέκτρων νεογάμων ὀνήσομαι,
οὐ παῖδας οὓς ἔφυσα κἀξεθρεψάμην
ἕξω προσειπεῖν ζῶντας.

Troad. 933
οὐ κρατεῖσθ' ἐκ βαρβάρων,
οὔτ' εἰς δόρυ σταθέντες, οὐ τυραννίδι.

Ceteris locis non tam secundum membrum maiore vi, quam totum contextum sublimitate quadam orationis affici existimamus.

O. C. 972
ὃς οὔτε βλάστας πω γενεθλίους πατρός,
οὐ μητρὸς εἶχον, ἀλλ' ἀγέννητος τότ' ἦ;

Ant. 249
ἐκεῖ γὰρ οὔτε του γενῆδος ἦν
πλῆγμ', οὐ δικέλλης ἐκβολή.

Herc. fur. 643
μή μοι μήτ' Ἀσιήτιδος
τυραννίδος ὄλβος εἴη,

μὴ χρυσοῦ δώματα πλήρη
τᾶς ἥβας ἀντιλαβεῖν.

I. T. 354
ἀλλ' οὔτε πνεῦμα Διόθεν ἦλθε πώποτε,
οὐ πορθμίς.

Or. 41[1])
ὧν οὔτε σῖτα διὰ δέρης ἐδέξατο,
οὐ λούτρ' ἔδωκε χρωτί.

Or. 1086
μήθ' αἷμά μου δέξαιτο κάρπιμον πέδον,
μὴ λαμπρὸς αἰθήρ.

Denique Choeph. 283
καὶ τοῖς τοιούτοις οὔτε κρατῆρος μέρος
εἶναι μετασχεῖν, οὐ φιλοσπόνδου λιβός
βωμῶν τ' ἀπείργειν οὐχ ὁρωμένην πατρὸς
μῆνιν.

Dindorfius hic non *οὔτε* et *οὐ* sibi respondere confirmat sed *οὔτε* et *τε*. Sed postquam frustra indagare conati sumus, quomodo *οὔτε* et *τε* inter se referantur, ita coniungimus: *καὶ τοῖς τοιούτοις μέρος εἶναι μετασχεῖν οὔτε κρατῆρος οὐ φιλοσπόνδου λιβός*. Quae sequuntur *βωμῶν τ' ἀπείργειν οὐχ ὁρωμένην πατρὸς μῆνιν*, praecedentibus *οὐ φιλοσπόνδου λιβός* opponuntur.

Praeterea secundum *οὔτε* non cernimus:

Herc. fur. 63
ἐγὼ γὰρ οὔτ' ἐς πατέρ' ἀπηλάθην τύχης,
ὃς οὕνεκ' ὄλβου μέγας ἐκομπάσθη ποτέ,
ἔχων τυραννίδ', ἧς μακραὶ λόγχαι πέρι
πηδῶσ' ἔρωτι σώματ' εἰς εὐδαίμονα,
ἔχων δὲ τέκνα · κἄμ' ἔδωκε παιδὶ σῷ
ἐπίσημον εὐνὴν Ἡρακλεῖ συνοικίσας.

Post *οὔτ' ἐς πατέρα* exspectamus *οὔτ' εἰς πόσιν*, quae non expressa sunt, sed in *κἄμ' ἔδωκε παιδὶ σῷ* (67) latent.

---

[1]) Or. 46.
ἔδοξε δ' Ἄργει τῷδε μήθ' ἡμᾶς στέγαις
μὴ πυρὶ δέχεσθαι, μήτε προσφωνεῖν τινα
μητροκτονοῦντας.
μὴ πυρὶ ad *μήτε στέγαις* explicanda addita sunt neque ea continuant.

Pers. 650

οὔτε γὰρ ἄνδρας ποτ' ἀπώλ-
λυ πολεμοφθόροισιν ἄταις.
θεομήστωρ δ' ἐκικλή-
σκετο Πέρσαις.

Trach. 1151

ἀλλ' οὔτε μήτηρ ἐνθάδ', ἀλλ' ἐπακτίᾳ
Τίρυνθι συμβέβηκεν ὥστ' ἔχειν ἕδραν,
παίδων δὲ τοὺς μὲν συλλαβοῦσ' αὐτὴ τρέφει.

Med. 441

σοὶ δ' οὔτε πατρὸς δόμοι,
δύστανε, μεθορμίσασθαι
μόχθων πάρα, τῶν δὲ λέκτρων
ἄλλα βασίλεια κρείσσων
δόμοις ἐπέστα.

Prius *οὔτε* per *δέ* continuatur.

Plane omissum est alterum *οὔτε*:

Eum. 495

οὔτε γὰρ βροτοσκόπων
μαινάδων τῶνδ' ἐφέρ-
ψει κότος τις ἐργμάτων·
πάντ' ἐφήσω μόρον.

I. T. 591

εἰ γάρ, ὡς ἔοικας, οὔτε δυσγενὴς
καὶ τὰς Μυκήνας οἶσθα χοὓς κἀγὼ θέλω.

Nimirum licentia quaedam hic occurrit, quam consulte poetas sibi sumpsisse suspicamur, qui, quod summo colore illustrare studebant, sermonem saepe suae dicionis fecerunt.[1])

Etiam maior licentia est:

O. C. 1139

οὔτ' εἴ τι μῆκος τῶν λόγων ἔθου πλέον,
τέκνοισι τερφθεὶς τοῖσδε, θαυμάσας ἔχω,
οὐδ' εἰ πρὸ τοὐμοῦ προὔλαβες τὰ τῶνδ' ἔπη.

Sic codex Laurentianus. Quamquam post priorem sententiam per *οὔτε* illatam altera negativa sequitur, quae eodem modo

[1]) Propter mancam lectionem altera membra tradita non sunt: Soph. fr. 110. 803. Eur. fr. 354,2. 779,1 Adesp. 226.

quo *οὔτ' εἴ τι μῆκος τῶν λόγων ἔθου πλέον,* ad *θαυμάσας ἔχω* refertur, tamen *οὐδ'* scriptum est pro *οὔτ'*. Non temere igitur ab Elmsleio *οὐδέ* in *οὔτε* aut a Dindorfio *οὔτε* in *οὐδ'* mutatum esse putamus minimeque Hermanno assentimur, qui *οὔτε* in tertio versu ne satis recte quidem dici arbitratur, cum *θαυμάσας ἔχω* in prima parte exstet, ut in altera novum verbum intellegendum sit. Ea sententia confiso saepe codicum lectio ei mutanda erat e. gr.

Soph. El. 1289

καὶ μήτε μήτηρ ὡς κακὴ δίδασκέ με
μήθ' ὡς πατρῴαν κτῆσιν Αἴγισθος δόμων
ἀντλεῖ, τὰ δ' ἐκχεῖ, τὰ δὲ διασπείρει μάτην·

Δίδασκέ με hic eodem iure in prima parte exstat, quo supra (O. C. 1140) *θαυμάσας ἔχω*. Hac igitur Hermanni sententia reiecta familiaris sermonis neglegentiam hic occurrere ei assentimur.

Eadem neglegentia observatur:

Soph. fr. 731

ἐγὼ δ' ἐρῶ σοι δεινὸν οὐδέν, οὔθ' ὅπως
φυγὰς πατρῴας ἐξελήλασαι χθονός,
οὐδ' ὡς ὁ Τυδεὺς ἀνδρὸς αἷμα συγγενὲς
πράξας ἐν Ἄργει ξεῖνος ὢν οἰκίζεται,
οὐδ' ὡς πρὸ Θηβῶν ὠμοβρὼς ἐδαίσατο
τὸν Ἀστάκειον παῖδα διὰ κάρα τεμών.[1])

Eur. Suppl. 496

οὔτ' ἄρ' ἔτ' ὀρθῶς Καπανέως κεραύνιον
δέμας καπνοῦται, κλιμάκων ὀρθοστάτας
ὃς προσβαλὼν πύλαισιν ὤμοσεν πόλιν
πέρσειν θεοῦ θέλοντος ἤν τε μὴ θέλῃ,
οὐδ' ἥρπασεν χάρυβδις οἰωνοσκόπον,
τέθριππον ἅρμα περιβαλοῦσα χάσματι.

In ultimo exemplo causa neglegentiae iam perspicitur, quod spatio multo maiore quam O. C. 1139 et Soph. fr. 731 secunda negatio a priore distat.[2])

[1]) De *οὐδ'* quinti versus, pro quo in uno codice Herodiani rhetoris, qui hoc fragmentum tradidit, exaratum est *οὔθ'*, infra disputabitur.

[2]) 496 *οὔτ' ἂν ἔτ'* Vaticanus, *οὔτ' ἄν γ' ἔτ'* Havniensis. Markland

II.

In altera parte totam materiam denuo afferimus secundum sententias, quae singulis exemplis continentur, dispositam, ut, quae res negentur et qua ratione his negationibus adhibitis illae exprimantur, ostendamus. Et primo de sententiis contrariis (A), deinde de notionibns similibus (B), denique de reliquis exemplis (C) verba faciemus.

A.

Saepissime verba aut sententiae contrariis nominibus inter se opponuntur, velut

Pers. 215: *οὔτε φοβεῖν . . οὔτε θαρσύνειν*

Trach. 2: *οὔτε χρηστός . . οὔτε κακός.*

Hipp. 1260: *οὔθ' ἥδομαι . . οὔτ' ἐπάχθομαι.*

Quattuor causae esse nobis videntur, cur poetae ita scripserint (cf. Kemmer, Die polare Ausdrucksweise in der Griechischen Litteratur. Würzburg 1900).

1.

Prima est, quod poetae forti contrariorum oppositione sententiam quandam subtiliter definire et dilucidam reddere voluerunt. Quae dictio notissima et pervagata in aiente quoque oratione saepissime occurrit, e. g.

O. C. 1287

ὁ τῆσδε τῆς γῆς κοίρανος, διδοὺς ἐμοὶ
λέξαι τ' ἀκοῦσαί τ' ἀσφαλεῖ σὺν ἐξόδῳ.

Verbis *διδοὺς ἐμοὶ λέξαι τ' ἀκοῦσαί τ'* Polynices brevissime exprimit liberum colloquium cum patre a Theseo sibi concessum esse.

Heracl. 492

οὔτε γὰρ τέκνα
σφάξειν ὅδ' αὑτοῦ φησιν οὔτ' ἄλλου τινός.

Τέκνα οὔτε αὑτοῦ οὔτε ἄλλου τινός i. e. nullius Atheniensis filiam Demophontem immolaturum esse.

---

posuit *οὐ τἄρ*; neque temere pro *ἄν*, quod minime stare potest, *ἄρ'* conicias, cum superiora ita bene excipiantur. Neque tamen probamus, quod *οὔτ'* certe traditum dissecuit, quia, ut supra demonstravimus, haud difficulter obtineri potest.

Varia huiusmodi oppositionibus a poetis demonstrata sunt:

a. res gestae.

O. C. 853

αὐτὸς αὑτὸν οὔτε νῦν καλὰ
δρᾷς οὔτε πρόσθεν εἰργάσω.

O. C. 1295

ἀνθ' ὧν μ' Ἐτεοκλῆς, ὢν φύσει νεώτερος,
γῆς ἐξέωσεν, οὔτε νικήσας λόγῳ
οὔτ' εἰς ἔλεγχον χειρὸς οὔτ' ἔργου μολών.

Alc. 417

οὐ γάρ τι πρῶτος οὐδὲ λοίσθιος βροτῶν
γυναικὸς ἐσθλῆς ἤμπλακες·

Hec. 1244

ἐμοὶ δ', ἵν' εἰδῇς, οὔτ' ἐμὴν δοκεῖς χάριν
οὔτ' οὖν Ἀχαιῶν ἄνδρ' ἀποκτεῖναι ξένον.

Phoen. 1226

μήτε Πολυνείκους χάριν
ψυχὰς ἀπεμπολᾶτε μήθ' ἡμῶν ὕπερ.

Hel. 1577

ἐπεὶ δὲ γαίας ἦμεν οὔτ' ἄγαν πρόσω
οὔτ' ἐγγύς, οὕτως ἦρετ' οἰάκων φύλαξ.

Hel. 1619

οὐκ ἄν ποτ' ηὔχουν οὔτε σ' οὔθ' ἡμᾶς λαθεῖν
Μενέλαον.

Rhes. 811

κοὔτ' εἰσιόντας στρατόπεδ' ἐξαπώσατε
οὔτ' ἐξιόντας;

b. res describendae.

Ag. 1334

οὕτω δ' ἔπραξα, καὶ τάδ' οὐκ ἀρνήσομαι.
ὡς μήτε φεύγειν μήτ' ἀμύνεσθαι μόρον.

Rhes. 315

ὃν οὔτε φεύγων οὔθ' ὑποσταθεὶς δορὶ
ὁ Πηλέως παῖς ἐκφυγεῖν δυνήσεται.

Prom. 792

αἱ Φορκίδες . . , ἃς οὔθ' ἥλιος προσδέρκεται
ἀκτῖσιν οὔθ' ἡ νύκτερος μήνη ποτέ.

Aesch. fr. 170
ἃς οὔτε πέμφιξ ἡλίου προσδέρκεται
οὔτ' ἀστερωπὸν ὄμμα Λητῴας κόρης.
Eur. fr. 981
οὐρανὸν ὑπὲρ γῆς ἔχομεν εὖ κεκραμένον
ἵν' οὔτ' ἄγαν πῦρ οὔτε χεῖμα συμπίτνει.
Eur. fr. 1083
οὔτ' ἐν πνοαῖσι χείματος δυσχείμερον
οὔτ' αὖ τεθρίπποις ἡλίου θερμὴν ἄγαν.
Sept. 338
οὔτε μεῖον οὔτ' ἴσον λελιμμένοι.
Eum. 55
καὶ κόσμος οὔτε πρὸς θεῶν ἀγάλματα
φέρειν δίκαιος οὔτ' ἐς ἀνθρώπων στέγας.
Prom. 106
ἀλλ' οὔτε σιγᾶν οὔτε μὴ σιγᾶν τύχας
οἷόν τέ μοι τάσδ' ἐστί.
Aesch. fr. 250
ἔνθ' οὔτε μίμνειν ἄνεμος οὔτε πλεῖν ἐᾷ.
O. C. 1581
ἃ δ'ἦν τὰ πραχθέντ', οὔθ' ὁ μῦθος ἐν βραχεῖ
φράσαι πάρεστιν οὔτε τἄργ' ὅσ' ἦν ἐκεῖ.
Phil. 113
ΟΔ. αἱρεῖ τὰ τόξα ταῦτα τὴν Τροίαν μόνα.
ΝΕ. οὐκ ἆρ' ὁ πέρσων, ὡς ἐφάσκετ', εἰμ' ἐγώ;
ΟΔ. οὔτ' ἂν σὺ κείνων χωρὶς οὔτ' ἐκεῖνα σοῦ.
Phil. 1434
οὔτε γὰρ σὺ τοῦδ' ἄτερ σθένεις
ἑλεῖν τὸ Τροίας πεδίον οὔθ' οὗτος σέθεν.
Phil 904
ἀλλ' οὐδὲν ἔξω τοῦ' μφυτευθέντος σύ γε
δρᾷς οὐδὲ φωνεῖς,
Heracl. 556
οὐ μὴν κελεύω γ' οὐδ' ἀπεννέπω, τέκνον.
θνῄσκειν σ'·

Hel. 988
οὐ γὰρ γαμεῖ τήνδ' οὔτε σύγγονος σέθεν
οὔτ' ἄλλος οὐδείς.
Med. 746
ὄμνυ . . . . .
μήτ' αὐτὸς ἐκ γῆς σῆς ἔμ' ἐκβαλεῖν ποτε.
μήτ' ἄλλος.
Phoen. 1555
οὐκ ἐπ' ὀνείδεσιν οὐδ' ἐπιχάρμασιν,
ἀλλ' ὀδύναισι λέγω.
Eur. fr. 963,1
μηδ' εὐτύχημα μηδὲν ὧδ' ἔστω μέγα.
ὁ σ'ἐξεπαρεῖ μεῖζον ἢ χρεὼν φρονεῖν.
μηδ' ἤν τι συμβῇ δυσχερές, δουλοῦ πάλιν.
Critias 1,3
οὐδὲν ἆθλον οὔτε τοῖς ἐσθλοῖσιν ἦν
οὔτ' αὖ κόλασμα τοῖς κακοῖς ἐγίγνετο.

c. sententiae universae.

α.) de vita et morte

Pers. 165
ταῦτά μοι διπλῆ μέριμν' ἄφραστός ἐστιν ἐν φρεσί,
μήτε χρημάτων ἀνάνδρων πλῆθος ἐν τιμῇ σέβειν
μήτ' ἀχρημάτοισι λάμπειν φῶς, ὅσον σθένος πάρα.
Eum. 520
μήτ' ἄναρκτον βίον
μήτε δεσποτούμενον
αἰνέσῃς.
Eur. fr. 843
ὦ δέσποτ', οὐδεὶς οἶδεν ἄνθρωπος γεγὼς
οὔτ' εὐτυχοῦς ἀριθμὸν οὔτε δυστυχοῦς.
Aesch. fr. 266
καὶ τοὺς θανόντας εἰ θέλεις εὐεργετεῖν
εἴτ' οὖν κακουργεῖν, ἀμφιδεξίως ἔχει
τῷ μήτε χαίρειν μήτε λυπεῖσθαι φθιτούς.

β.) variae

Hipp. 402
ἐμοὶ γὰρ εἴη μήτε λανθάνειν καλὰ

μήτ' αἰσχρὰ δρώσῃ μάρτυρας πολλοὺς ἔχειν.

Eur. fr. 194,3

ἐγὼ γὰρ οὔτε ναυτίλον φιλῶ
τολμῶντα λίαν οὔτε προστάτην χθονός.

Huc pertinet

Soph. fr. 153,6

τέλος δ' ὁ χυμὸς οὐθ' ὅπως ἀφῇ θέλει
οὔτ' ἐν χεροῖν τὸ πῆγμα σύμφορον μένειν.
οὕτω δὲ τοὺς ἐρῶντας αὑτὸς ἵμερος
δρᾶν καὶ τὸ μὴ δρᾶν πολλάκις προσίεται.

Superiores versus (6 sq.) inferioribus (8 sq.) explicandis servire ex *οὕτω* (8) iam apparet. Sed *ὅπως ἀφῇ* extra structuram cadunt, quare Meinekius dubitanter quidem *οὔτ' ἀφίεσθαι θέλει* temptavit, quae coniectura et verbo *μένειν* (7) probatur, cum sequentibus versibus (8 sq.) contraria hic scripta esse clarissime demonstretur, et hoc Zenobii testimonio Cent. V, 58: *ὁ παῖς τὸν κρύσταλλον. ἐπὶ τῶν μήτε κατέχειν δυναμένων μήτε μεθεῖναι βουλομένων ἡ παροιμία εἴρηται. μέμνηται αὐτῆς Σοφοκλῆς Ἀχιλλέως ἐρασταῖς.* Sed *ἀφίεσθαι* suspicari tantum licet. Tamen, quamquam textum restituere nequimus, de sententia dubitari non potest, quae reddi videtur: „Postremo vero glacies liquescens neque dimitti potest, neque manibus eam[1]) tenere commodum est.“ Sententia igitur a poeta pronuntiata contrariis explanatur.

2.

Ex ea prima causa altera statim evadit. Plurimi scriptores Graeci, qui copiosa et compta oratione delectabantur, parallelas structuras componere studuerunt, quae sermonem exornarent. Quod ad perpetrandum contraria, etiamsi ad res illustrandas non opus essent, saepe adhibuerunt.

Ai. 34

καιρὸν δ' ἐφήκεις· πάντα γὰρ τά τ' οὖν πάρος
τά τ' εἰσέπειτα σῇ κυβερνῶμαι χερί.

[1]) Non modo *ἀφίεσθαι* sed etiam id, quod „eam“ vertimus, incertissimum est, cum alterius versus (7) textus et ipse maxime dubius compareat. Nam *πῆγμα* Gomperzii coniectura est, cuius loco Stobaei libris traditum est *κτῆμα*, quod tamen nequaquam stare potest.

Nimirum sententiam intellegeremus, si *τά τ' οὖν πάρος τά τ' εἰσέπειτα* omissis exstaret *πάντα σῇ κυβερνῶμαι χερί.* Sed ad opponendum et copiose dicendum propensus poeta illa addidit. Eadem consuetudo in sententiis negatis occurrit.

Ag. 749.

πῶς σε σεβίζω
μήθ' ὑπεράρας μήθ' ὑποκάμψας
καιρὸν χάριτος;

Quod uno adverbio demonstrari potest, id contrariis sententiis exprimere poeta maluit. Neque tamen certo confirmare possumus, quid in quoque huiusmodi loco poetae pronuntiare voluerint; e. gr. siquis de versibus modo arcessitis (Ag. 749) dicat poetam verbis *μήθ' ὑπεράρας μήθ' ὑποκάμψας* non dictioni decus afferre sed *σεβίζω* clarius definire voluisse, id nemo redarguat. Neque una contrariorum oppositione contento tribus dubiam vitae humanae condicionem exponere Sophocli placuit:

Ant. 1156.

οὐκ ἔσθ' ὁποῖον στάντ' ἂν ἀνθρώπου βίον
οὔτ' αἰνέσαιμ' ἂν οὔτε μεμψαίμην ποτέ.
τύχη γὰρ ὀρθοῖ καὶ τύχη καταρρέπει
τὸν εὐτυχοῦντα τόν τε δυστυχοῦντ' ἀεί.

Eodem modo vita humana describitur:

Trach. 2.

οὐκ ἂν αἰῶν' ἐκμάθοις βροτῶν, πρὶν ἂν
θάνῃ τις, οὔτ' εἰ χρηστὸς οὔτ' εἴ τῳ κακός.

Praeterea hic numeramus

Pers. 215.

οὔ σε βουλόμεσθα, μῆτερ, οὔτ' ἄγαν φοβεῖν λόγοις
οὔτε θαρσύνειν.

Sept. 170.

μήτ' ἐν κακοῖσι μήτ' ἐν εὐεστοῖ φίλῃ
ξύνοικος εἴην τῷ γυναικείῳ γένει.

Eum. 406.

ὑμᾶς θ' ὁμοίας οὐδενὶ σπαρτῶν γένει
οὔτ' ἐν θεαῖσι πρὸς θεῶν ὁρωμένας
οὔτ' οὖν βροτείοις ἐμφερεῖς μορφώμασιν.

Ant. 11.
ἐμοὶ μὲν οὐδεὶς μῦθος, Ἀντιγόνη, φίλων
οὔθ' ἡδὺς οὔτ' ἀλγεινὸς ἵκετ[ο].

Ant. 16.
οὐδὲν οἶδ' ὑπέρτερον,
οὔτ' εὐτυχοῦσα μᾶλλον οὔτ' ἀτωμένη.

Soph. fr. 481,3.
οὐδ' ὁ κρείσσων Ζεὺς ἐμοῦ τυραννίδι
οὔτ' ἐξεπομβρῶν οὔτ' ἐπαυχμήσας φίλος.

Hipp. 1260.
οὔθ' ἥδομαι τοῖσδ' οὔτ' ἐπάχθομαι κακοῖς.

Eur. fr. 1056.
οὐ πάντες οὔτε δυστυχοῦσιν ἐν γάμοις
οὔτ' εὐτυχοῦσι.

3.

Sed tantum in nonnullis scriptoribus Graecis studium huius dictionis rhetoricae fuit, ut, dummodo contraria inter se opponerent, etiam pugnantia scriberent.

Ant. 1108
ἴτ' ἴτ' ὀπάονες,
οἵ τ' ὄντες οἵ τ' ἀπόντες.

Creon enim quonam modo famulos, qui non adsunt, inclamare potest, ut properent? Quare *οἵ τ' ἀπόντες* tam absurda videantur, quam Soph. El. 305

τὰς οὔσας τέ μου
καὶ τὰς ἀπούσας ἐλπίδας διέφθορεν

τὰς ἀπούσας ἐλπίδας. Neque enim spes, quae non sunt, ad irritum redigi possunt. Sed utrumque exemplum ex oratione summis cum affectibus pronuntiata sumptum est, ubi gravitatem quam maximam verbis attribuere poetae interfuit. Iam, cum omnes famulos (Ant. 1108) et omnes spes (Soph. El. 305) quam gravissime praedicare vellet, Graeco scriptori nihil tam praesto fuit, quam contrariorum oppositio. Quae, ubi in locorum sententiis non praesto erant, etiam aliunde adhibitae sunt, cf. Wilamowitz ad Herc. fur. 1106 p. 231. Eadem negata cernimus:

O. R. 609
οὐ γὰρ δίκαιον οὔτε τοὺς κακοὺς μάτην
χρηστοὺς νομίζειν οὔτε τοὺς χρηστοὺς κακούς.

Secunda pars *οὔτε τοὺς χρηστοὺς κακούς* e superioribus, ubi Creon Oedipi incusationem Thebanorum imperium se appetere defendit, bene intellegitur, neque tamen prima *οὔτε τοὺς κακοὺς χρηστοὺς νομίζειν.* Similiter

Phil. 230
οὐ γὰρ εἰκὸς οὔτ' ἐμὲ
ὑμῶν ἁμαρτεῖν τοῦτό γ' οὔθ' ὑμᾶς ἐμοῦ.

Andr. 730
ἐγὼ δὲ πρὸς βίαν μὲν ἐς Φθίαν μολὼν
οὔτ' οὖν τι δράσω φλαῦρον οὔτε πείσομαι.

Bacch. 801
ὃς οὔτε πάσχων οὔτε δρῶν σιγήσεται.

O. R. 587
ἐγὼ μὲν οὖν οὔτ' αὐτὸς ἱμείρων ἔφυν
τύραννος εἶναι μᾶλλον ἢ τύραννα δρᾶν,
οὔτ' ἄλλος ὅστις σωφρονεῖν ἐπίσταται.

O. R. 1017. 1020
ΟΙ. πῶς εἶπας; οὐ γὰρ Πόλυβος ἐξέφυσέ με;
ΑΙ. ἀλλ' οὔ σ' ἐγείνατ' οὔτ' ἐκεῖνος οὔτ' ἐγώ.

Phil. 88
ἔφυν γὰρ οὐδὲν ἐκ τέχνης πράσσειν κακῆς,
οὔτ' αὐτὸς οὔθ', ὥς φασιν, οὑκφύσας ἐμέ.

Pers. 173
εὖ τόδ' ἴσθι, γῆς ἄνασσα τῆσδε, μή σε δὶς φράσαι
μήτ' ἔπος μήτ' ἔργον, ὧν ἂν δύναμις ἡγεῖσθαι θέλῃ.

Aesch. Suppl. 591
ἔφριξεν αἰθὴρ τόνδε κραινόντων λόγον……
καὶ μήτ' ἐνοίκων μήτ' ἐπηλύδων τινὰ
ἄγειν.

Soph. El. 177

μήθ᾽ οἷς ἐχθαίρεις ὑπεράχθεο μήτ᾽ ἐπιλάθου.[1]

Hel. 290

εἰ μὲν γὰρ ἔζη πόσις, ἀνεγνώσθημεν ἂν
ἐς ξύμβολ᾽ ἐλθόνθ᾽ ἃ φανέρ᾽ ἂν μόνοις ἂν ἦν.
νῦν δ᾽ οὔτε τοῦτ᾽ ἔστ᾽ οὔτε μὴ σωθῇ ποτε.

Rhes. 835

σὺ ταῦτ᾽ ἔδρασας· οὐδέν᾽ ἂν δεξαίμεθα
οὔθ᾽ οἱ θανόντες οὔτ᾽ ἂν οἱ τετρωμένοι
ἄλλον·

Iterum non ad normam certam directa exempla disponimus: e. gr.

Hipp. 1260

οὔθ᾽ ἥδομαι τοῖσδ᾽ οὔτ᾽ ἐπάχθομαι κακοῖς.

quem versum in contrariis ad orationem ornandam compositis enumeravimus (p. 34), is eodem iure locis modo allatis attribui potest i. e. eodem iure suspicari licet *οὔθ᾽ ἥδομαι*, quae in sententiam minime quadrant, sequentibus *οὔτ᾽ ἐπάχθομαι* opposita Thesei affectum demonstrare.

4.

Iam supra commemoravimus poetas contraria composuisse, ut earum rerum, de quibus sermo erat, summam comprehenderent; Soph. El. 305: *τὰς οὔσας τε καὶ τὰς ἀπούσας ἐλπίδας* significant omnes spes. Idem saepius occurrit, et eodem modo quo supra, ut contraria sibi opponerentur, interdum res, quae extra sententiam cadunt, arcessitae sunt; e. gr.

Sept. 178

κεἰ μή τις ἀρχῆς τῆς ἐμῆς ἀκούσεται,
ἀνὴρ γυνή τε χὤ τι τῶν μεταίχμιον,
ψῆφος κατ᾽ αὐτῶν ὀλεθρία βουλεύσεται.

Exstant haec verba intra orationem Eteoclis ad feminas pro-

[1]) Propter truncatum textum Soph. fr. 606,1
πολλῶν δ᾽ ἐν πολυπληθίᾳ πέλεται
οὔτ᾽ ἀπ᾽ εὐγενέων ἐσθλὸς οὔτ᾽ ἀχρείων
τὸ λίαν κακός
incertum est, utrum eiusdem modi exemplum sit atque superiora necne.

nuntiatam, quas ad signa deorum prostratas queri et clamores tollere vetat. Tamen *ἀνὴρ γυνή τε χὤ τι τῶν μεταίχμιον* dicit. Cuiusmodi exempla, ubi poeta, ut contrariis totum genus quoddam complecteretur, res a sententia alienas arcessivit, negata non invenimus. Sed trita contraria negata, quae, quod summae rerum comprehenduntur, universa significant, multa habemus, unde quartum contrariorum munus notiones vulgatas verborum ambitu exprimendi assequimur. Ita „numquam“, „nusquam“, „nemo“, „nihil“ notantur.

α.) **numquam.**

Soph. El. 780

ὥστ᾽ οὔτε νυκτὸς ὕπνον οὔτ᾽ ἐξ ἡμέρας
ἐμὲ στεγάζειν ἡδύν.

Bacch. 187

ὡς οὐ κάμοιμ᾽ ἂν οὔτε νύκτ᾽ οὔθ᾽ ἡμέραν
θύρσῳ κροτῶν γῆν.

O. R. 489

οὔτε πάροιθέν ποτ᾽ ἔγωγ᾽ οὔτε τανῦν πω
ἔμαθον

Rhes. 459

τὸ δὲ νάιον Ἀργόθεν δόρυ
οὔτε πρίν τιν᾽ οὔτε νῦν
ἀνδρῶν ἐπόρευσε σέθεν κρείσσω.

Ag. 349 (cf. p. 16 [3])

Δία τοι ξένιον μέγαν αἰδοῦμαι
τὸν τάδε πράξαντ᾽ ἐπ᾽ Ἀλεξάνδρῳ
τείνοντα πάλαι τόξον, ὅπως ἂν
μήτε πρὸ καιροῦ μήθ᾽ ὑπὲρ ἄστρων
βέλος ἠλίθιον σκήψειεν.

β.) **nusquam.**

Hec. 1181

γένος γὰρ οὔτε πόντος οὔτε γῆ τρέφει
τοιόνδ᾽.

Hipp. 1030

καὶ μήτε πόντος μήτε γῆ δέξαιτό μου
σάρκας θανόντος, εἰ κακὸς πέφυκ᾽ ἀνήρ.

Herc. fur. 849

ἀνὴρ ὅδ' οὐκ ἄσημος οὔτ' ἐπὶ χθονὶ
οὔτ' ἐν θεοῖσιν

Eur. Suppl. 968

γηράσκω δυστανοτάτως
οὔτ' ἐν φθιμένοισιν
οὔτ' ἐν ζωοῖσιν ἀριθμουμένη.

γ.) **nemo.**

Eum. 692

σωτήριον
ἔχοιτ' ἂν οἷον οὔτις ἀνθρώπων ἔχει
οὔτ' ἐν Σκύθῃσιν οὔτε Πέλοπος ἐν τόποις.

Trach. 1058

κοὐ ταῦτα.....
οὔθ' Ἑλλὰς οὔτ' ἄγλωσσος οὔθ' ὅσην ἐγὼ
γαῖαν καθαίρων ἱκόμην, ἔδρασέ πω.

Hel. 257

γυνὴ γὰρ οὔθ' Ἑλληνὶς οὔτε βάρβαρος
τεῦχος νεοσσῶν λευκὸν ἐκλοχεύεται.

Ant. 787

καί σ'οὔτ' ἀθανάτων φύξιμος οὐδεὶς
οὔθ' ἁμερίων ἐπ' ἀνθρώπων.

Hec. 791

ὃς οὔτε τοὺς γῆς νέρθεν οὔτε τοὺς ἄνω
δείσας δέδρακεν ἔργον ἀνοσιώτατον.

Ag. 345

ὡς μήτε μέγαν
μήτ' οὖν νεαρῶν τιν' ὑπερτελέσαι
μέγα δουλείας
γάγγαμον

Troad. 503

ὡς οὔτε μ' ἄρσην οὔτε θήλεια σπορὰ
πολλῶν γενομένων τὴν τάλαιναν ὠφελεῖ.

O. R. 374

μιᾶς τρέφει πρὸς νυκτός, ὥστε μήτ' ἐμὲ
μήτ' ἄλλον, ὅστις φῶς ὁρᾷ, βλάψαι ποτ' ἄν.

δ.) **nihil.**

Trach. 323.

ἥτις οὐδαμὰ
προύφηνεν οὔτε μείζον' οὔτ' ἐλάσσονα.

Nonnulla exempla restant paullo uberius tractanda.

Soph. O. R. 483.

δεινὰ μὲν οὖν, δεινὰ ταράσσει σοφὸς οἰωνοθέτας
οὔτε δοκοῦντ' οὔτ' ἀποφάσκοντα,

cui sententiae explicandae frustra adhuc viri docti operam dederunt. Falso interpretari eos existimamus, qui *δοκοῦντα* et *ἀποφάσκοντα* accusativum singularis esse contendunt, quod *ἐμέ* aut alia vox desideratur, e qua, quis Tiresiae verbis terreatur appareat. Neutrius igitur generis *δοκοῦντα* et *ἀποφάσκοντα* sunt, quibus nimirum prioris versus *δεινά* explicetur. Sed de *ἀποφάσκοντα* verbi integritate dubitamus, cum *ἀποφάσκειν* nisi hoc loco nusquam neque apud Sophoclem neque apud alios eius aetatis scriptores, immo in Plutarchi demum et Arriani libris inveniatur. Scholiorum testimonio, quo *ἀποφάσκοντα* defenditur, non movemur, quibus, quod post Didymi aetatem conscripta sunt, in illa ipsa Plutarchi et Arriani tempora deducimur. Hac tempestate *ἀποφάσκειν*, quod tum usitatissimum erat, in Sophoclis textum illapsum esse videtur. Neque vero, quid a Sophocle ipso scriptum sit, indagare possumus. Suspicari tantum licet verbum priori *δοκοῦντα* contrarium hic exaratum fuisse et eiusdem modi exemplum hic occurrere atque supra invenimus, ubi contraria sententiae cuidam subtiliter definiendae inservire vidimus (p. 28 sqq).

Eandem difficultatem lectio nondum persanata praebet:

Trach. 1020.

ψαύω μὲν ἔγωγε.
λαθίπονον δ'ὀδυνᾶν οὔτ' ἔνδοθεν οὔτε θύραθεν
ἔστι μοι ἐξανύσαι βίοτον.

Codice Laurentiano tradita sunt:

φαύω μὲν ἔγωγε,
λαθίπονον δ' ὀδύναν οὔτ' ἔνδοθεν οὔτε θύραζ' ἓν
ἔστι μοι ἐξανύσαι βιότου.

Θύραζ' ἓν, quod obscurum est, iam prima manu codicis in *θύραθεν* mutatum est. Pro *ὀδύναν* Musgravius e scholiis recepit *ὀδυνᾶν*, quia *λαθίπονον ὀδύναν* non intelleguntur; praeterea *βίοτον* posuit pro *βιότου*. Quem si sequimur, hic evenit verborum ordo: *βίοτον ἐξανύσαι λαθίπονον ὀδυνᾶν*, ut *λαθίπονον ὀδυνᾶν* eadem ratione coniungantur, qua O. C. 677: *ἀνήνεμόν τε πάντων χειμώνων*. Musgravius aptum sensum restituit codicis lectione non tantopere mutata, ut interpolatoris manus agnoscenda sit, quam suspicaremur, si Hensii coniecturam probaremus, qui coniecit (Studien zu Sophocles p. 222):

λαθίπονον δ' ὀδυνᾶν οὔτ' ἔνδοθεν οὔτε θύραθεν
ἔστι μοι ἔκλυσιν ἐξανύσαι.

Quae tamen coniectura scholiastae verbis *τὴν λαθίπονον ἴασιν τῶν ὀδυνῶν*, e quibus hausta est, non satis probatur, utpote quae non minus illam Musgravii lectionem explicare valeant. Praeterea in altero versu *ἐξανύσαι* et *ἔκλυσιν* transmutanda erant. Recusata igitur Hensii coniectura Musgravii lectionem sequimur. *Οὔτε ἔνδοθεν οὔτε θύραθεν* ut exponamus, arcessimus Or. 603:

οἷς δὲ μὴ πίπτουσιν εὖ (sc. *οἱ γάμοι*),
τά τ' ἔνδον εἰσὶ τά τε θύραζε δυστυχεῖς.

Praeterea scholiorum testimonio: *οὔτε ἀπ' ἐμαυτοῦ οὔτε ἀπό τινος τῶν ξένων* confisi vertimus: „Dolorum vero obliviosam vitae condicionem nec mea nec horum, qui adsunt, (i. e. nullius) ope efficiam“.

B.

A contrariis ad similia per *οὔτε . . οὔτε* (*μήτε . . μήτε*) vel *οὐ . . οὐδέ* (*μή . . μήδέ*) negata transimus.

Notissima est consuetudo, quo maior vis sermoni iniciatur, dupliciter dicendi, e. gr. verba coniuncta *φέρειν καὶ ἄγειν*, quod diripiendi notionem significant, argumento sunt linguam Graecam

duobus verbis similia exprimentibus uti, ut fortiorem significationem efficiat, quam quae in alteroutro insit.

Unde colligitur verbis aut sententiis similibus per *οὐ . . οὐδέ* vel *μή . . μηδέ* negatis fortiore vi recusari.

Aesch. Suppl. 861
οὐ γάρ μ' ἔθρεψαν οὐδ' ἐγήρασαν τροφῇ.

Prom. 214
ὡς οὐ κατ' ἰσχὺν οὐδὲ πρὸς τὸ καρτερὸν
χρείη, δόλῳ δὲ τοὺς ὑπερέχοντας κρατεῖν.

Prom. 1007
τέγγῃ γὰρ οὐδὲν οὐδὲ μαλθάσσῃ λιταῖς
ἐμαῖς.

Soph. El. 432
οὐ γάρ σοι θέμις
οὐδ' ὅσιον ἐχθρᾶς ἀπὸ γυναικὸς ἱστάναι
κτερίσματα . . πατρί.

Soph. El. 1015
προνοίας οὐδὲν ἀνθρώποις ἔφυ
κέρδος λαβεῖν ἄμεινον οὐδὲ νοῦ σοφοῦ.

Soph. El. 1483
μὴ πέρα λέγειν ἔα
πρὸς θεῶν, ἀδελφέ, μηδὲ μηκύνειν λόγους.

O. C. 501
οὐ γάρ ἂν σθένοι τοὐμὸν δέμας
ἔρημον ἕρπειν οὐδ' ὑφηγητοῦ δίχα.

Trach. 88
νῦν δ' ὁ ξυνήθης πότμος οὐκ εἴα πατρὸς
ἡμᾶς προταρβεῖν οὐδὲ δειμαίνειν ἄγαν.

Bacch 437
ἀλλ' ἔδωκεν οὐκ ἄκων χέρας,
οὐδ' ὠχρὸς οὐδ' ἤλλαξεν οἰνωπὸν γένυν.

Bacch. 597
πῦρ οὐ λεύσσεις οὐδ' αὐγάζει.

Hec. 231
κἀγὼ γὰρ οὐκ ἔθνησκον οὗ μ' ἐχρῆν θανεῖν,
οὐδ' ὤλεσέν με Ζεύς.

Hec. 234

εἰ δ' ἔστι τοῖς δούλοισι τοὺς ἐλευθέρους
μὴ λυπρὰ μηδὲ καρδίας δηκτήρια
ἐξιστορῆσαι, σοὶ μὲν εἰρῆσθαι χρεών.

Eur. Suppl. 955

οὐκέτ' εὔτεκνος, οὐκέτ' εὔπαις.

Ion. 1463

ἄπαιδες οὐκέτ' ἐσμὲν οὐδ' ἄτεκνοι.

Hipp. 919

ἓν δ' οὐκ ἐπίστασθ' οὐδ' ἐθηράσασθέ πω.

I. A. 161

θνητῶν δ' ὄλβιος εἰς τέλος οὐδεὶς
οὐδ' εὐδαίμων.

Med. 598

μή μοι γένοιτο λυπρὸς εὐδαίμων βίος
μηδ' ὄλβος ὅστις τὴν ἐμὴν κνίζοι φρένα.

Med. 601

τὰ χρηστὰ μή σοι λυπρὰ φαινέσθω ποτέ,
μηδ' εὐτυχοῦσα δυστυχὴς εἶναι δόκει.

Or. 137

χωρεῖτε, μὴ ψοφεῖτε, μηδ' ἔστω κτύπος.

Eur. fr. 339,3

καὶ γὰρ οὐκ αὐθαίρετοι
βροτοῖς ἔρωτες οὐδ' ἑκουσία νόσος.

Eur. fr. 463

οὐ γάρ ποτ' ἄνδρα τὸν σοφὸν γυναικὶ χρὴ
δοῦναι χαλινοὺς οὐδ' ἀφέντ' ἐᾶν κρατεῖν.

Iam vero quae fortior significatio duobus verbis per *καί* et *οὐ . . οὐδέ* (*μή . . μηδέ*) coniunctis constituitur, eam nihilo minus per *τε* effici ex ipsa *τε* particulae natura apparet, cuius provinciam esse demonstravimus, ut duas res in unam notionem configat. Qua re e. gr.

Soph. fr. 481,6

πῶς δῆτ' ἐγὼ θνητός γ' ἂν ἐκ θνητῆς τε φὺς
Διὸς γενοίμαν εὖ φρονεῖν σοφώτερος;

eiusdem generis gradationem verbis *θνητὸς ἐκ θνητῆς τε φύς* contineri suspicamur, quam verbis *φέρειν καὶ ἄγειν*. Eandemque

nimirum in verbis aut sententiis similibus per *τε . . τε* conexis inveniremus, nisi frustra huiusmodi exempla in tragica dictione quaesivissemus; sed habemus similia per *οὔτε . . οὔτε* aut *μήτε . . μήτε* negata:

O. C. 924

οὔκουν ἔγωγ' ἂν . . . .
ἄνευ γε τοῦ κραίνοντος, ὅστις ἦν, χθονὸς
οὔθ' εἷλκον οὔτ' ἂν ἦγον.

Soph. fr. 703,2

ὃς οὔτε τοὐπιεικὲς οὔτε τὴν χάριν
οἶδεν, μόνην δ' ἔστερξε τὴν ἁπλῶς δίκην.

Med. 461

ὡς μήτ' ἀχρήμων σὺν τέκνοισιν ἐκπέσῃς
μήτ' ἐνδεής του·

Troad. 620

ὧν γ' οὔτε μέτρον οὔτ' ἀριθμὸς ἔστι μοι.

Alc. 868

οὔτε γὰρ αὐγὰς χαίρω προσορῶν
οὔτ' ἐπὶ γαίας πόδα πεζεύων.

Andr. 328

οὐκ ἀξιῶ
οὔτ' οὖν σὲ Τροίας οὔτε σοῦ Τροίαν ἔτι.

Aliquotiens intra verba ipsa, quae gradationem efficiant, oratio a leniore ad fortius ascendit:

Sept. 639

ἀλλ' οὔτε κλαίειν οὔτ' ὀδύρεσθαι πρέπει.

Haud dubie *κλαίειν* non tantam vim prae se fert quam *ὀδύρεσθαι*. Quae vero gradatio duobus verbis idem fere significantibus efficitur, ea hic haud dubie adaugetur, cum intra verba ipsa sermo a leviore (*κλαίειν*) ad gravius (*ὀδύρεσθαι*) procedat. Similiter

Bacch. 617

οὔτ' ἔθιγεν οὔθ' ἥψαθ' ἡμῶν.

Hic numeramus

O. C. 1522

τοῦτον δὲ φράζε μήποτ' ἀνθρώπων τινί,
μήθ' οὗ κέκευθε μήτ' ἐν οἷς κεῖται τόποις.

Cf. de hoc loco Elmsley ad Bacch. 617, qui *οὗ* et *ἐν οἷς τόποις*

tautologiam esse profitetur. Cui Reisigius (Jenae 1823) et Hermannus resistunt: tautologiam futuram esse, si *ἐν ᾧ κεῖται τόπῳ* legeretur. Neque dubium videtur, quin in *ἐν οἷς τόποις*, quia maius spatium significatur, vis maior insit, quam si legeremus *ἐν ᾧ τόπῳ*. Et si *μήθ' οὗ* et *μήτ' ἐν οἷς τόποις* conferimus, eadem gradatio quae supra (Sept. 639 et Bacch. 617) occurrit. Id igitur poetam spectavisse putamus, ut per *μήθ' οὗ μήτ' ἐν οἷς τόποις* Theseus cuiquam Oedipodis tumuli locum ostendere quam severissime vetetur.

Transimus ad

Ag. 471

κήρυκ' ἀπ' ἀκτῆς τόνδ' ὁρῶ κατάσκιον
κλάδοις ἐλάας· μαρτυρεῖ δέ μοι κάσις
πηλοῦ ξύνουρος διψία κόνις τάδε,
ὡς οὔτ' ἄναυδος οὔτε σοι δαίων φλόγα
ὕλης ὀρείας σημανεῖ καπνῷ πυρός,

quod exemplum a superioribus ipsa rei natura differt, cum *οὔτ' ἄναυδος* et *οὔτε δαίων φλόγα* non similia, sed, quae est sententia, idem significent. Neque tamen alterum ab altero seiunctum, quid sibi vellet, perspiceremus, nam alterum ad alterum referatur oportet. Secundo membro prius explicatur, unde sententiam colligimus: nuntium non ut ignem muta flammae indicia, verum vivas et perspicuas voces allaturum esse. Sane exemplum, ubi alterum membrum altero exponitur, inter tot alia insigne videtur. Neque tamen hoc mirum est; immo de propria *τε..τε* et *οὔτε..οὔτε* particularum significatione admonemur, cum duae partes unius notionis per *οὔτε..οὔτε* hic negentur. Sed ea de causa hoc exemplum ab aliis diversissimum est, quod sententia, de qua sermo est, partibus negatis non exprimitur, sed ex iis concluditur. Similiter:

Eur. fr. 1044

οὔτ' ἐκ χερὸς μεθέντα καρτερὸν λίθον
ῥᾷον κατασχεῖν οὔτ' ἀπὸ γλώσσης λόγον.

Priore membro translatio sive similitudo continetur, quae altero explanatur. Quam formam in sententiis antiquis usitatissimam (cf. Elter, Gnomica homoeomata V, Bonnae 1904) in tragicis nostris raro observamus:

Aesch. Choeph. 250

οὔτ' αἰετοῦ γένεθλ' ἀποφθείρας πάλιν
πέμπειν ἔχοις ἂν σήματ' εὐπιθῆ βροτοῖς,
οὔτ' ἀρχικός σοι πᾶς ὅδ' αὐανθεὶς πυθμὴν
βωμοῖς ἀρήξει βουθύτοις ἐν ἤμασιν.

Aesch. fr. 362

ἀλλ' οὔτε πολλὰ τραύματ' ἐν στέρνοις λαβὼν
θνῄσκει τις, εἰ μὴ τέρμα συντρέχοι βίου,
οὔτ' ἐν στέγῃ τις ἥμενος παρ' ἑστίᾳ
φεύγει τι μᾶλλον τὸν πεπρωμένον μόρον.

Ai. 1073

οὐ γάρ ποτ' οὔτ' ἂν ἐν πόλει νόμοι καλῶς
φέροιντ' ἄν, ἔνθα μὴ καθεστήκῃ δέος,
οὔτ' ἂν στρατός γε σωφρόνως ἄρχοιτ' ἔτι,
μηδὲν φόβου πρόβλημα μηδ' αἰδοῦς ἔχων.

Herc. fur. 1349

ταῖς συμφοραῖς γὰρ ὅστις οὐχ ὑφίσταται
οὐδ' ἀνδρὸς ἂν δύναιτ' ὑποστῆναι βέλος.

Adespota 547,1

τὰ μεγάλα δῶρα τῆς τύχης ἔχει φόβον
καὶ τὸ πάνυ λαμπρὸν οὐκ ἀκίνδυνον κυρεῖ,
οὐδ' ἀσφαλὲς πᾶν ὕψος ἐν θνητῷ γένει.

C.

Contrariis et similibus membris recognitis numerus longe maximus ceterorum locorum restat, quos, quod omnia, quae aut structura aut sensu insignia sunt, tractavimus, breviter perstringemus. Tripertito illos enumerabimus, primum res gestas, deinde quae de rebus gestis iudicantur, denique praecepta, quae e rebus gestis hauriuntur.

Saepe in rebus, quae fiunt, fient, factae sunt, demonstrandis particulae nostrae occurrunt.

O. R. 171

οὔτε γὰρ ἔκγονα
κλυτᾶς χθονὸς αὔξεται οὔτε τόκοισιν
ἰηίων καμάτων ἀνέχουσι γυναῖκες·

Pers. 14. 242. Sept. 1004. Eum. 57. Ag. 235. Aesch. Suppl. 226. 913. Aesch. fr. 196,3.
O. R. 31. 35. 277. O. C. 38. 685. 694. 939. Ant. 203. 1019. Trach. 145. 438. Phil. 1. 280. 302. 681. 856.
Alc. 320. 404. 566. Andr. 168. 499. Hel. 420. Eur. El. 175. 1091. Heracl. 193. 375. 489. Herc. fur. 227. 316. Hipp. 271. 1397. I. A. 911. 1269. 1279. I. T. 221. Ion. 540. 761. Med. 555. 798. Troad. 1209. Phoen. 1512. 1574. Eur. fr. 454. 688.
Rhes. 325. 641. Thespis fr. 3,1. Lycophron fr. 1.3.

Alc. 317
οὐ γάρ σε μήτηρ οὔτε νυμφεύσει ποτὲ
οὔτ' ἐν τόκοισι τοῖσι σοῖσι θαρσυνεῖ
Prom. 21. 1076.
Ai. 572. O. R. 898. 1227. 1455. O. C. 988. 1134. Trach. 606. 1013. Phil. 955.
Alc. 345. 371. Andr. 161. 357. Eur. El. 1331. Eur. Suppl. 297. Hipp. 511. 719. I. A. 310. I. T. 912. Ion. 1275. Med. 803. Troad. 736. Phoen. 615. Eur. fr 185,4. 360.

Ag. 967
οὐκ ἔδυ πρόπας δόμος
πημονᾶς γέμων ἄγαν
οὐδ' ἐπόντισε σκάφος.
Pers. 359. 800. 855. Sept. 1060. Ag. 642. Prom. 456.
Ai. 1199. 1232. Soph. El. 573. 869. 910. 1138. O. R. 114. 322. O. C. 427. 1658. 1663. 1679. Ant. 238. 250. 264. 270. 450. 538. Trach. 461. 479. 936. 1048. Phil. 8. 691.
Alc. 171. 287. 621. 644. 683. 767. Andr. 149. 619. 866. Hec. 134. Eur. El. 162. Heracl. 318. 813. Herc. fur. 159. 1353. Eur. Suppl. 253. 893. Hipp. 1224. 1321 I. A. 1085. 1178. 1269. Ion. 184. 506. 1361. 1492. Med. 628. 1197. Or. 531. 926. Troad. 71. 375. 1138. Phoen. 874.
Rhes. 81. 763. Mosch. fr. 6,6. 6,9.

Multo saepius in rebus aestimandis negationes iteratas legimus, quae iudicia certo aut dubitanter profitendo, optando aut vetando, querendo exprimuntur.

Ag. 69
οὔθ' ὑποκαίων οὔθ' ὑπολείβων
οὔτε δακρύων ἀπύρων ἱερῶν
ὀργὰς ἀτενεῖς παραθέλξει
Ion. 1541
τοῦ θεοῦ δὲ λεγόμενος
οὐκ ἔσχες ἂν ποτ' οὔτε παγκλήρους δόμους
οὔτ' ὄνομα πατρός.
Theodectes. fr. 18,1
τίς φύσις οὔθ' ὅσα γαῖα φέρει τροφὸς οὐδ' ὅσα πόντος
οὔτε βροτοῖσιν ἔχει γυίων αὔξησιν ὁμοίαν,
Pers. 289. Sept. 539. 599. Ag. 769. Choeph. 84. 688. Eum. 36. 68. 217. 235. 441. Aesch. Suppl. 362. 397. Prom. 324. 377. 988. Aesch. fr. 230.
Ai. 220. 289. 1102. Soph. El. 180. 307. 363. 484. 499. 913. 922. 1005. 1147. 1245. O. R. 89. 395. 413. 601. 625. 720. 1289. 1357. 1371. 1377. 1428. 1484. O. C. 263. 920. 944. 1029. 1201. Ant. 4. 499. 810. 817. 1072. Trach. 366. 448. Phil. 72. 79. 220. 1006. 1058. 1304. Soph. fr. 187,2. 728.
Alc. 332. 360. 432. 549. 565. 629. 636. 965. 973. 1037. Andr. 301. 367. 439. 464. Bacch. 326. 506. 1360. Hec. 370. 578. 715. Hel. 499. 907. 1646. Eur. El. 380. 1030. Herc. fur. 82. 222. 258. 718. 845. Eur. Suppl. 518. 812. Hipp. 183. 437. 664. 977. 994. 998. 1026. 1055. 1250. 1437. I. A. 9. 129. 307. 950. 1392. I. T. 104. Ion. 386. 630. 1312. Cycl. 320. 625. Med. 890. Or. 1. 520. 1201. Troad. 477. Eur. fr. 48,2. 172,1. 282,3. 316,5. 334,4. 360,20. 910,3. 979,1. 1025,1. 1052,5.
Rhes. 399. Adesp. 405. 492,1.

Eum. 295
οὔτοι σ' Ἀπόλλων οὐδ' Ἀθηναίας σθένος
ῥύσαιτ' ἄν

Soph. El. 800. O. R. 857. O. C. 776. 1528. Ant. 69. 184. 686. Phil. 1307. Soph. fr. 422.
Hel. 947. 999. Eur. Suppl. 853. Eur. fr. 331. 506. 898,2. 1059,5.
Rhes. 601. Adesp. 114,2.

Soph. El. 239
μήτ' εἴην ἔντιμος τούτοις
μήτ', εἴ τῳ πρόσκειμαι χρηστῷ,
ξυνναίοιμ' εὔκηλος,
Sept. 170. Ag. 1403. Aesch. Suppl. 973. Prom. 528.
O. R. 269. O. C. 425. 1384. Ant. 374. Trach. 582. Soph. fr. 327.
Andr. 1189. Bacch. 1383. Hec. 950. Heracl. 97.
I. A. 373. 481. Hipp. 528. 1115. Ion. 156. Med. 1. 542. Troad. 1110. Eur. fr. 29,2. 852,3. 953,28.

Eum. 133
μή σε νικάτω πόνος,
μηδ' ἀγνοήσῃς πῆμα μαλθαχθεῖσ' ὕπνῳ.
Ai. 75
οὐ σῖγ' ἀνέξει μηδὲ δειλίαν ἀρεῖ;
Sept. 262. Ag. 882. 1417. Eum. 789. 810. 842. Aesch. Suppl. 190. 405.
Soph. El. 1289. O. R. 236. 310. 1505. O. C. 210. 731. 1760. Ant. 546. Trach. 1183. Phil. 777. 1400.
Alc. 690. Hec. 225. 277. 328. Hel. 445. Heracl. 1040. Hipp. 974. I. A. 141. 602. 998. 1419. 1437. Med. 807. 1246. Troad. 727. 1042.

Bacch. 1244
ὦ πένθος οὐ μετρητὸν οὐδ' οἷόν τ' ἰδεῖν,
Prom. 687
Phil. 416.

Raro in sententiis universis, quae proverbii aut vetandi forma pronuntiantur, negationes bimembres exstant.
O. C. 607
μόνοις οὐ γίγνεται
θεοῖσι γῆρας οὐδὲ κατθανεῖν ποτε,
Sept. 885. Prom. 885.
O. R. 56. 873. 885. O. C. 612. Trach. 132.
Andr. 352, Bacch. 773. Hec. 282. 956. Heracl. 608. Herc. fur. 669. Hipp. 530. Phoen. 814. 1726. Eur. fr. 216. 239. 298. 303. 426. 431,1. 463,1 833. 1050,1.
Patrocles Thur. fr. 1,6.

Med. 601
τὰ χρηστὰ μή σοι λυπρὰ φαινέσθω ποτέ,
μηδ' εὐτυχοῦσα δυστυχὴς εἶναι δόκει.
Ai. 128. 1333.
Bacch. 310.

III.

Interdum alterum membrum negatum fortius praedicatur quam alterum.[1]) Quod supra iam observavimus, ubi *οὐ* post

[1]) Secundo membro per *τε* illato gravius pondus additur quam primo per *οὔτε* inducto (cf. p. 5):
Soph. El. 1078.
οὔτε τι τοῦ θανεῖν προμη-
θής, τό τε μὴ βλέπειν ἑτοί-
μα.
O. R. 653.
τὸν οὔτε πρὶν νήπιον νῦν τ' ἐν ὅρκῳ μέγαν
καταίδεσαι.
Phil. 1321.
σὺ δ' ἠγρίωσαι, κοὔτε σύμβουλον δέχει,
ἐάν τε νουθετῇ τις εὐνοίᾳ λέγων,
στυγεῖς.
Heracl. 454.
καὶ μήτε κινδύνευε σωθήτω τέ μοι
τέκνα·
Eur. fr. 897,6.
τοῖς δ' ἀτελέστοις
τῶν τοῦδε πόνων μήτε συνείην
χωρίς τ' ἀγρίων ναίοιμι τρόπων

οὐ vel *οὔτε* semel positum invenimus (p. 23 sqq.) Accedunt Hipp. 302.

οὔτε γὰρ τότε
λόγοις ἐτέγγεθ' ἥδε νῦν τ' οὐ πείθεται.

Sentententia poscente *νῦν* hic maiore gravitate pronuntiatur quam superius *τότε*, quare in fronte alterius membri positum est. Ea de causa secundum *οὔτε*, quod exspectamus, in *τε..οὐ* dissolutum est.

Ant. 762
οὐ δῆτ' ἔμοιγε, τοῦτο μὴ δόξῃς ποτέ,
οὔθ' ἥδ' ὀλεῖται πλησία. σύ τ' οὐδαμὰ
τοὐμὸν προσόψει κρᾶτ' ἐν ὀφθαλμοῖς ὁρῶν.

Andr. 49
ὁ γὰρ φυτεύσας αὐτὸν οὔτ' ἐμοὶ πάρα
προσωφελῆσαι, παιδί τ' οὐδέν ἐστ', ἀπὼν
Δελφῶν κατ' αἶαν.

Hic gravius pondus alteris membris attributum e fortioribus negationibus *οὐδαμά* et *οὐδέν* iam cognoscitur, quae ipsae causae sunt, cur in alteris membris *οὔτε* similiter atque supra scissum est.

Praeterea *οὖν* voce et pronomine indefinito poetae usi sunt, ut orationis gradationem demonstrarent.

Οὖν post negationem fortius enuntiandam interpositum cernimus:

O. C. 1132
πῶς δ' ἂν ἔρνος Αἰγέως
θιγεῖν θελήσαιμ' ἀνδρός, ᾧ τις οὐκ ἔνι
κηλὶς κακῶν ξύνοικος; οὐκ ἔγωγέ σε,
οὐδ' οὖν ἐάσω.

Hic quo maior gravitas secundo membro, eo maior vis sententiae ipsi additur. Cuius gravioris ponderis signum *οὖν* accipimus, id quod aliis exemplis confirmatur.

O. R. 269
καὶ ταῦτα τοῖς μὴ δρῶσιν εὔχομαι θεοὺς
μήτ' ἄροτον αὐτοῖς γῆς ἀνιέναι τινὰ
μήτ' οὖν γυναικῶν παῖδας.

Quibus argumentis nisi poetas secundae negationis vim his quoque locis augeri voluisse arbitramur:

Eum. 404
πᾶσι δ' ἐς κοινὸν λέγω,
βρέτας τε τοὐμὸν τῷδ' ἐφημένῳ ξένῳ
ὑμᾶς θ' ὁμοίας οὐδενὶ σπαρτῶν γένει,
οὔτ' ἐν θεαῖσι πρὸς θεῶν ὁρωμένας
οὔτ' οὖν βροτείοις ἐμφερεῖς μορφώμασιν.

O. R. 89
ἔστιν δὲ ποῖον τοὔπος; οὔτε γὰρ θρασὺς
οὔτ' οὖν προδείσας εἰμὶ τῷ γε νῦν λόγῳ,

quamquam e sententis ipsis non perspicitur.

Apud Euripidem nullum huiusmodi exemplum invenitur.

Alterum signum, quo maior gravitas secundo membro attribuatur, observamus:

O. R. 395
ἣν οὔτ' ἀπ' οἰωνῶν σὺ προυφάνης ἔχων
οὔτ' ἐκ θεῶν του γνωτόν.

Si ad verba vertimus, propter *του* pronomen gravius alterius membri pondus verbis ipsis exprimitur. Praeterea, id quod sensu postulatur, *οὔτ' ἐκ θεῶν του* intra sententiam multo maioris momenti sunt, quam *οὔτ' ἀπ' οἰωνῶν*. Insigniter igitur secundum membrum amplificatur et extollitur. Idem occurrit

Ant. 257
σημεῖα δ' οὔτε θηρὸς οὔτε του κυνῶν
ἐλθόντος, οὐ σπάσαντος ἐξεφαίνετο.

Soph. fr. 511,1
ἢ ποντοναῦται τῶν ταλαιπώρων βροτῶν,
οἷς οὔτε δαίμων οὔτε τις θεῶν νέμων
πλούτου ποτ' ἂν νείμειεν ἀξίαν χάριν.

Hec. 370
οὔτ' ἐλπίδος γὰρ οὔτε του δόξης ὁρῶ
θάρσος παρ' ἡμῖν ὥς ποτ' εὖ πρᾶξαί με χρή.

Duo signa, et *οὖν* et pronomen indefinitum, in unum locum coacta sunt Ag. 344
ἦτ' ἐπὶ Τροίας πύργοις ἔβαλες
στεγανὸν δίκτυον, ὡς μήτε μέγαν

μήτ' ο ὖ ν νεαρῶν τ ι ν' ὑπερτελέσαι
μέγα δουλείας
γάγγαμον.

Sed etiam aliter pronomen indefinitum *τις* ad dicendi gravitatem augendam a Sophocle et Euripide usurpatur.

Ant. 203

τοῦτον πόλει τῇδ' ἐκκεκήρυκται τάφῳ
μήτε κτερίζειν μήτε κωκῦσαί τ ι ν α.

Iterum non modo, si ad verbum transferimus, sed etiam e sententia orationem a priore parte ad secundam extolli intellegimus. Eadem gradatio et sententia occurrit:

Ant. 26

τὸν δ' ἀθλίως θανόντα Πολυνείκους νέκυν
ἀστοῖσί φασιν ἐκκεκηρῦχθαι τὸ μὴ
τάφῳ καλύψαι μηδὲ κωκῦσαί τ ι ν α.

Similiter

Phil. 1318

ὅσοι δ' ἑκουσίοισιν ἔγκεινται βλάβαις
ὥσπερ σύ, τούτοις οὔτε συγγνώμην ἔχειν
δίκαιόν ἐστιν οὔτ' ἐποικτίρειν τ ι ν ά.

O. R. 236

τὸν ἄνδρ' ἀπαυδῶ τοῦτον....
μήτ' εἰσδέχεσθαι μήτε προσφωνεῖν τ ι ν α.

Or. 46

ἔδοξε δ' Ἄργει τῷδε μήθ' ἡμᾶς στέγαις
μὴ πυρὶ δέχεσθαι μήτε προσφωνεῖν τ ι ν α
μητροκτονοῦντας.

His exemplis, imprimis extremis (O. R. 236. Or. 46.), freti aggredimur

O. R. 817

ᾧ μὴ ξένων ἔξεστι μηδ' ἀστῶν τινα
δόμοις δέχεσθαι, μηδὲ προσφωνεῖν τ ι ν α.

Prioris versus *τινά* libris certe traditum Dindorfius in *τινι* mutavit, secundi versus *τινα*, ut suspicamur, commotus. Qua coniectura probata *ᾧ μή*, quod ipsum quoque haud dubie traditum est, constare non poterant, quare Schaeferus *ὃν μὴ* posuit. Sed valde offendimur duabus coniecturis in eodem

versu factis. Librorum lectionem obtinemus et consulto bis *τινα* a poeta scriptum esse arbitramur. Nam quae hic inter se respondent, *δόμοις δέχεσθαι* et *προσφωνεῖν*, ea non pari vi enuntianda sunt, sed *προσφωνεῖν* sententia iubente fortiorem sibi vindicat, id quod eodem modo quo supra *τινα* pronomine repetito et secundo membro addito significatur.

Contra ea *οὖν* et *τις* etiam in priore membro inveniuntur, quae tamen minime eodem munere, quo in secunda parte fungi possunt. Nam cum per *τε..τε* et *οὔτε..οὔτε* (*μήτε..μήτε*) duae res in unam configantur, sequitur, ut una cum priore parte altera quoque i. e. totum maiore vi pronuntietur. Exemplis ipsis id iam demonstrabitur:

O. R. 269

καὶ ταῦτα τοῖς μὴ δρῶσιν εὔχομαι θεοὺς
μήτ' ἄροτον αὐτοῖς γῆς ἀνιέναι τινὰ
μήτ' ο ὖ ν γυναικῶν παῖδας.

Neque enim intellegitur, quare prius membrum *τινὰ* pronomine extollatur. Quin etiam, quod secundae sententiae, quae maioris momenti est, *οὖν* adicitur, ea, quae confirmamus, hoc exemplo bene comprobantur. *Οὖν* in priore membro apud Euripidem solum invenitur, neque vero idem quod in secundo efficit.

Andr. 328

οὐκ ἀξιῶ
οὔτ' οὖν σὲ Τροίας οὔτε σοῦ Τροίαν ἔτι.

Cur *οὔτε σε Τροίας* praevaleat?

Immo *οὖν* in prima parte Euripides interdum posuit, ut res contrarias sequi significaret.

Andr. 731

οὔτ ο ὖ ν τι δράσω φλαῦρον οὔτε πείσομαι.

I. A. 1437

μήτ' ο ὖ ν γε τὸν σὸν πλόκαμον ἐκτέμῃς τριχός,
μήτ' ἀμφὶ σῶμα μέλανας ἀμπίσχῃ πέπλους.

Et in secunda aliquotiens per *αὖ* ad prius nominum contrariorum respici iubet.

Andr. 866

ὦ παῖ, τὸ λίαν οὔτ' ἐκεῖν' ἐπῄνεσα,
ὅτ' ἐς γυναῖκα Τρῳάδ' ἐξημάρτανες,
οὔτ αὖ τὸ νῦν σου δεῖμ' ὃ δειμαίνεις ἄγαν.

Hec. 956

οὐκ ἔστιν οὐδὲν πιστόν, οὔτ' εὐδοξία
οὔτ αὖ καλῶς πράσσοντα μὴ πράξειν κακῶς.

Eur. El. 380

οὗτος γὰρ ἀνὴρ οὔτ' ἐν Ἀργείοις μέγας
οὔτ' αὖ δοκήσει δωμάτων ὠγκωμένος.

Eur. fr. 626,1

δήμῳ δὲ μήτε πᾶν ἀναρτήσῃς κράτος
μήτ' αὖ κακώσῃς, πλοῦτον ἔντιμον τιθείς.

Eur. fr. 1083,7

οὔτ' ἐν πνοαῖσι χείματος δυσχείμερον
οὔτ' αὖ τεθρίπποις ἡλίου θερμὴν ἄγαν.

Οὖν et *αὖ* aequali illo munere inter se referri praeter exempla ipsa, quae arcessivimus,

Hec. 1243

ἐμοὶ δ', ἵν' εἰδῇς, οὔτ' ἐμὴν δοκεῖς χάριν
οὔτ' οὖν Ἀχαιῶν ἄνδρ' ἀποκτεῖναι ξένον.

testatur. Hic *οὖν* in secundo membro pro *αὖ* positum est, ut hiatus *αὖ Ἀχαιῶν* vitaretur.[1])

IV.

Ad negationum coacervationes nos convertimus.

Aesch. fr. 96

μήτε κρωσσοὺς
μήτ' οἰνηροὺς μήθ' ὑδατηροὺς
λιπεῖν ἀφνεοῖσι δόμοισιν.

Nusquam praeter hic non solum adiectiva *οἰνηροὺς* et *ὑδατηροὺς* sed etiam substantivum, quocum coniuncta sunt, per *μήτε* negantur. Quod nonnullis viris doctis, in quibus Blomfieldo tantae offensioni fuit, ut *μηδ' αὖ κρωσσοὺς* scriberet quam coniecturam,

[1]) *Οὖν*, quamquam in codice Laurentiano 32,2 omissum est, tamen reliquorum testimonio satis confirmatur.

etsi bene et scite excogitata est, non accipimus. Iam aequalibus Aeschyli dictio tam mira visa est, ut vino gravis fabulas suas conscripsisse diceretur. Accedit, quod veri simile est hunc locum e cantico sumptum esse, ubi convivii lasciviae descriptae erant. Lasciva res lasciva verba sibi vindicat.

Ant. 4

οὐδὲν γὰρ οὔτ' ἀλγεινὸν οὔτ' ἄτης ἄτερ
οὔτ' αἰσχρὸν οὔτ' ἄτιμόν ἐσθ', ὁποῖον οὐ
τῶν σῶν τε κἀμῶν οὐκ ὄπωπ' ἐγὼ κακῶν.

Pro *ἄτης ἄτερ* contrarium *ἄτης μέτα* sententia flagitari iam Didymus monuit. Ulrichio assentimur, qui consuetudine negationes cumulandi factum esse suspicatur, ut temere pro aiente *μέτα* privans *ἄτερ* scriberetur.

Qua re expedita hunc locum cum simili sententia ab Euripide scripta conferimus.

Or. 1

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν δεινὸν ὧδ' εἰπεῖν ἔπος
οὐδὲ πάθος οὐδὲ συμφορὰ θεήλατος,
ἧς οὐκ ἂν ἄραιτ' ἄχθος ἀνθρώπου φύσις.

Sophoclem *οὔτε .. οὔτε*, Euripidem *οὐ .. οὐδέ* praeferre iam meminimus (cf. p. 23). Dictionum discrimen aliis exemplis confirmatur.

Apud Sophoclem negationes iteratae saepe una scribuntur e. gr.

Trach. 604

διδοὺς δὲ τόνδε φράζ' ὅπως μηδεὶς βροτῶν
κείνου πάροιθεν ἀμφιδύσεται χροΐ,
μηδ' ὄψεταί νιν μήτε φέγγος ἡλίου
μήθ' ἕρκος ἱερὸν μήτ' ἐφέστιον σέλας,

Postquam *μηδείς .. μηδέ* posita sunt, *μηδέ* tripertito dividitur. Sed optimum expolitionis Sophocleae testimonium praebet

Ai. 1199

ἢ κεῖνος οὔτε στεφάνων
οὔτε βαθειᾶν κυλίκων
νεῖμεν ἐμοὶ τέρψιν ὁμιλεῖν,
οὔτε γλυκὺν αὐλῶν ὄτοβον,
δύσμορος, οὔτ' ἐννυχίαν.
τέρψιν ἰαύειν.

Verbo *νεῖμεν* in tres partes *ὁμιλεῖν, ὄτοβον, ἰαύειν* diviso prima et ipsa bipertito distribuitur: *ὁμιλεῖν τέρψιν οὔτε στεφάνων οὔτε κυλίκων.*

Nihil tantae subtilitatis apud Euripidem observatur; neque enim usquam duae negationum bimembrium formae ita ut supra

Trach. 604: *μηδείς . . μηδέ*

μήτε μήτε μήτε coniunctae occurrunt.

Eo minus alterum *οὔτε* vel *τε*, quibus in partes dividitur, ipsum ab Euripide (ita ut ab Sophocle Ai. 1199) distributum esse concludimus. Propterea hoc loco Herc. fur. 1341

ἐγὼ δὲ τοὺς θεοὺς οὔτε λέκτρ' ἃ μὴ θέμις
στέργειν νομίζω, δεσμά τ' ἐξάπτειν χεροῖν
οὔτ' ἠξίωσα πώποτ' οὔτε πείσομαι,
οὐδ' ἄλλον ἄλλου δεσπότην πεφυκέναι.

οὔτε . . τε

non

οὔτε . . οὔτε (Kuehner, Grammatik II,2 p. 288)

coniungendum esse censemus, quae Sophoclea dictio esset, sed ita interpretamur: *ἐγὼ τοὺς θεοὺς λέκτρα ἃ μὴ θέμις* (*ἐστίν*) *στέργειν δεσμά τ' ἐξάπτειν χεροῖν οὔτε νομίζω οὔτε ἠξίωσα πώποτε οὔτε πείσομαι οὐδ' ἄλλον ἄλλου δεσπότην πεφυκέναι*, ut *τοὺς θεοὺς . . στέργειν δεσμά τ' ἐξάπτειν οὐδ' ἄλλον ἄλλου δεσπότην πεφυκέναι* pendeant ex hac iucunda temporum conexione *οὔτε νομίζω* (Praesens) *οὔτε ἠξίωσα* (Praeteritum) *οὔτε πείσομαι* (Futurum). Sane primum *οὔτε* a secundo et tertio magno spatio diremptum est. Quid? Nihil aliud interiectum est nisi obiectum, neque illud integrum, quia *τοὺς θεοὺς*, quod post primum *οὔτε* exspectamus, ante positum est. Praeterea Euripides in verbis collocandis interdum magnam licentiam sibi sumpsit, e. gr. Herc. fur. 82

ὡς οὔτε γαίας ὅρι' ἂν ἐκβαῖμεν λάθρᾳ·
φυλακαὶ γὰρ ἡμῶν κρείσσονες κατ' ἐξόδους·
οὔτ' ἐν φίλοισιν ἐλπίδες σωτηρίας
ἔτ' εἰσὶν ἡμῖν.

ubi parenthesis inter *οὔτε . . οὔτε* cernitur.

Ad aliam coacervationis formam transimus:

Ai. 1232 in codice Laurentiano exarata sunt:

κοὔτε στρατηγοὺς οὔτε ναυάρχους μολεῖν
ἡμᾶς Ἀχαιῶν οὔτε σου διωμόσω.

A Blaydesio in altero versu *οὐδέ σου* positum est, quod *οὔτε* semel posito offensus esse videtur. Neque tamen ei assentimur. Etenim praecedentibus *οὔτε στρατηγοὺς οὔτε ναυάρχους* etiam *Ἀχαιῶν* negatur, id quod haud difficulter e sententia ipsa colligitur. Cum *στρατηγοὺς* et *ναυάρχους* per *οὔτε . . οὔτε* negatae sint, sequitur, ut *Ἀχαιῶν*, quod ex illis pendet, et ipsum per *οὔτε* negetur. Geminatae igitur primi et secundi loci negationes etiam tertio efficaces sunt. Iam igitur *οὔτε σου* priori *Ἀχαιῶν* per *οὔτε* negato respondet i. e. suo iure ponitur neque Blaydesii coniectura opus est. Eadem compluriens apud Sophoclem observamus:

O. C. 1295

ἀνθ' ὧν μ' Ἐτεοκλῆς, ὢν φύσει νεώτερος,
γῆς ἐξέωσεν, οὔτε νικήσας λόγῳ
οὔτ' εἰς ἔλεγχον χειρὸς οὔτ' ἔργου μολών.

Ant. 264

ἦμεν δ' ἕτοιμοι . . καὶ θεοὺς ὁρκωμοτεῖν
τὸ μήτε δρᾶσαι μήτε τῳ ξυνειδέναι
τὸ πρᾶγμα βουλεύσαντι μήτ' εἰργασμένῳ.

O. R. 236

τὸν ἄνδρ' ἀπαυδῶ τοῦτον, ὅστις ἐστί, γῆς
τῆσδ', ἧς ἐγὼ κράτη τε καὶ θρόνους νέμω,
μήτ' εἰσδέχεσθαι μήτε προσφωνεῖν τινα,
μήτ' ἐν θεῶν εὐχαῖσι μήτε θύμασιν
κοινὸν ποιεῖσθαι, μήτε χέρνιβας νέμειν.

Simile exemplum apud Euripidem invenitur:

Hec. 372

μῆτερ, σὺ δ' ἡμῖν μηδὲν ἐμποδὼν γένῃ,
λέγουσα μηδὲ δρῶσα.

E sensu exspectamus *μὴ λέγουσα μηδὲ δρῶσα*. Sed praecedentibus *μηδὲν ἐμποδὼν γένῃ* sequens *λέγουσα*, quod inde pendet, et ipsum negatur (cf. Ion. 1492).

Sed alia condicio est

Ag. 510

Πάρις γὰρ οὔτε συντελὴς πόλις
ἐξεύχεται τὸ δρᾶμα τοῦ πάθους πλέον.

Nulla negatio praecedit, qua etiam sequens *Πάρις* negetur. Immo una negatione *οὔτε* non solum ea, quae subiciuntur, *συντελὴς πόλις* negantur sed etiam superius *Πάρις*. Reflectit igitur *οὔτε* negativam vim ad prius membrum. Quae res multis exemplis probatur, e. gr.

Pind. Pyth. X,46

ναυσὶ δ' οὔτε πεζὸς ἰὼν ἂν εὕροις.

quae, ut e sententia colligitur, haud dubie intellegenda sunt *οὔτε ναυσὶ οὔτε πεζός*. Qua de re disputant Elmsley ad O. R. 817. Blomfield ad Ag. 515. Dissen ad Pind. Pyth. X,46. Schaefer ad Lambertum Bos p. 777. Eodem modo unius negationis vis in duas partes extenditur

Choeph. 283

καὶ τοῖς τοιούτοις οὔτε κρατῆρος μέρος
εἶναι μετασχεῖν, οὐ φιλοσπόνδου λιβός,
βωμῶν τ' ἀπείργειν οὐχ ὁρωμένην πατρὸς
μῆνιν, δέχεσθαι [δ'] οὔτε συλλύειν τινα.[1])

Phil. 770

πρὸς θεῶν ἐφίεμαι
ἑκόντα μήτ' ἄκοντα μηδέ τῳ τέχνῃ
κείνοις μεθεῖναι ταῦτα.

His subiciamus

O. C. 1560

ἀϊδωνεῦ ἀϊδωνεῦ λίσσομαι
μήτ' ἐπιπόνῳ μήτ' ἐπὶ βαρυαχεῖ
ξένον ἐκτανύσαι
μόρῳ τὸν παγκευθῆ κάτω
νεκύων πλάκα καὶ Στύγιον δόμον.

Ita Laurentianus. Sed corruptissima lectio est. Nam primum *ἐκτανύσαι* extra sensum cadit. Deinde *λίσσομαι μήτ' ἐπιπόνῳ μήτ' ἐπὶ βαρυαχεῖ* suspecta sunt, quod cum anstistrophae numeris

[1]) Quamquam inter *δέχεσθαι* et *οὔτε* rasura in codice Mediceo cernitur, tamen de negationis *οὔτε* integritate dubitari non potest.

non congruunt. Neque enim *λίσσομαι* et *ἐξ ἄντρων* (1571) easdem temporis moras sibi vindicant. Denique

μήτ' ἐπὶ πόνῳ μήτ' ἐπὶ βαρυαχεῖ
ξένον ἐκτανύσαι

minime cum antistrophae versibus (1572)

ἀδάματον φύλακα παρ' Ἀίδᾳ
λόγος αἰὲν ἔχει

comparari possunt. Nihil igitur, cum recta lectio lateat, de negationibus concludi potest. Neque tamen temere Seidlerus, ut aliqua ex parte lectionem sanaret, pro *μήτ' ἐπιπόνῳ* coniecit *ἐπιπόνῳ*. Nam ut in superioribus exemplis *μήτε* negandi vim in *ἐπιπόνῳ* reflectere suspicari licet.

Contraria observamus

Herc. fur. 1103

ἀλλ' οὔτε Σισύφειον εἰσορῶ πέτρον
Πλούτωνά τ' οὐδὲ σκῆπτρα Δήμητρος κόρης.

ubi sententiam esse apparet: „Neque Sisypheum saxum video neque Plutonem neque“ sqq. Sequitur, ut *οὔτε* negandi vim etiam in *Πλούτωνα* extendat i. e. in sequentia. Merito de huius loci integritate dubitaremus, nisi plura huiusmodi exempla legeremus:

Eur. fr. 409

μήτ' εὐτυχοῦσα πᾶσαν ἡνίαν χάλα
κακῶς τε πράσσουσ' ἐλπίδος κεδνῆς ἔχου.

Sine dubio sensus est: „Neque rebus adversis“ sqq., etsi fragmentum tantum habemus. Nimirum Stobaeus plenam sententiam tradidit, quae supplemento non eget.

Similiter prima et secunda negatio etiam tertium membrum negant:

Ag. 277

ὁ δ' οὔτι μέλλων οὐδ' ἀφρασμόνως ὕπνῳ
νικώμενος παρῆκεν ἀγγέλου μέρος·
ἑκὰς δὲ φρυκτοῦ φῶς ἐπ' Εὐρίπου ῥοὰς
Μεσσαπίου φύλαξι σημαίνει μολόν.

Heracl. 813

ὁ δ' οὔτε τοὺς κλύοντας αἰδεσθεὶς λόγων
οὔτ' αὐτὸς αὑτοῦ δειλίαν στρατηγὸς ὤν,

ἐλθεῖν ἐτόλμησ' ἐγγὺς ἀλκίμου δορός,
ἀλλ' ἦν κάκιστος.

Nam, ut e contextu luce clarius apparet, in priore exemplo οὔτι.. οὐδ' negandi vim etiam παρῆκεν verbo attribuunt, in posteriore οὔτε.. οὔτε verbo ἐτόλμησε.

Iam vero omnia exempla negationum bimembrium, quorum lectio in codicibus integra est, aut enumeravimus aut tractavimus, ut pervulgatae dictionis progressionem, sicut ab Aeschyli ad Euripidis aetatem facta sit, demonstremus. Aeschylus, qui, quod cum lingua luctatur, raro negationes illas adhibuit neque usquam insignes earum iuncturas constituit, huius dictionis primordia sermoni tragico attulit. Sophocles, qui saepissime οὔτε.. οὔτε (μήτε.. μήτε) particulis usus est, diligenter et subtiliter distinguendo orationem non modo perspicuitate sed etiam urbanitate et elegantia ornavit et optime hoc dicendi genus excoluit. Euripides, cum notabiliter οὐ.. οὐδέ (μή.. μηδέ) praeferret, liberius adserere quam accurate discernere maluit tantumque aberat, ut Sophoclem sermonis expolitione adaequaret, ut Accius merito de eo diceret: „Euripides, qui choros temerius in fabulis" .... composuit.

V.

In ultima parte primum de iis locis disputabimus, quibus negationes non certa fide traditae sunt, deinde de gravi illa quaestione, utrum οὔτε (μήτε) post οὐ (μή) poni possit necne.

1.

Sept. 488
ἀνὴρ κατ' ἄνδρα τοῦτον ᾑρέθη...
οὔτ' εἶδος οὔτε θυμὸν οὔθ' ὅπλων σχέσιν
μωμητός.

Pro tertio οὔθ' codice Mediceo traditum est οὐδ', quod recentiore manu merito in οὔθ' correctum est, cum quare duobus οὔτε praemissis tertio loco οὐδέ ponatur non intellegamus. Nam tertium membrum ὅπλων σχέσιν a praecedentibus insigniter

separaretur, cuius rei causam in rebus tam iuxta positis non perspicimus. Propterea οὔθ' ὅπλων σχέσιν legimus.

Troad. 735
εἰ γάρ τι λέξεις ᾧ χολώσεται στρατός,
οὔτ' ἂν ταφείη παῖς ὅδ' οὔτ' οἴκτου τύχοι.

Pro παῖς ὅδ' οὔτ' codicibus Vaticano 909, Havniensi 417, Neapolitano traditum est παῖς οὐδ'. Sed ineptissime οἴκτου τύχοι extollerentur. Nam e versibus, qui subiciuntur,
σιγῶσα δ' εὖ τε τὰς τύχας κεκτημένη
τὸν τοῦδε νεκρὸν οὐκ ἄθαπτον ἂν λίποις
αὐτή τ' Ἀχαιῶν πρευμενεστέρων τύχοις.
clarissime apparet Talthybium de Andromachae filio nihil aliud dicere voluisse nisi fore, ut non sepeliretur, si mater eius Graecorum exercitum verbis offenderet. Sequitur, ut οὔτ' οἴκτου τύχοι ex eadem consuetudine copiose dicendi, quam supra (p. 32 sqq.), commemoravimus, natae sint. Quo vehementius Andromacha moneatur, illa addita sunt, quae etiam molestiam quandam afferunt, cum misericordia commoveri nemo sane vetari possit. Minime hoc additamentum per οὐδέ supra praecedentia tollere licet. Οὔτ' οἴκτου τύχοι codicis Palatini utique tenenda censemus.

Eiusdem generis sunt Ant. 696. Andr 567. Hec. 328. Hipp. 75. Med. 616. Eur. fr. 320, ubi secundo aut tertio negationum loco nonnullis codicibus pro οὔτε vel μήτε traditum est οὐδέ vel μηδέ, μή, μὴ δὲ. Neque vero intellegitur, quare in ultima negatione maior vis insit quam in superioribus, id quod nusquam sententia poscitur. Propterea legimus:

Ant. 696
ἥτις τὸν αὑτῆς αὐτάδελφον ἐν φοναῖς
πεπτῶτ' ἄθαπτον μήθ' ὑπ' ὠμηστῶν κυνῶν
εἴασ' ὀλέσθαι μήθ' ὑπ' οἰωνῶν τινος.

698 μήθ' manus recentior, μήδ' Laurentianus.

Andr. 567
ἄγουσ' ἀποσπάσαντες, οὔτε τῳ δίκῃ
κρίναντες οὔτε τοὺς ἀπόντας ἐκ δόμων
μείναντες.

568 *οὔτε* Lenting, *οὐδὲ* libri.

Hec. 328

οἱ βάρβαροι δὲ μήτε τοὺς φίλους φίλους
ἡγεῖσθε μήτε τοὺς καλῶς τεθνηκότας
θαυμάζεθ'.

329 *μη* * * Laurentianus 32,2, *μὴ δὲ* manus recentior.

Hipp. 75

ἔνθ' οὔτε ποιμὴν ἀξιοῖ φέρβειν βοτὰ
οὔτ' ἦλθέ πω σίδηρος.

οὔτ' Orion, *οὐδ'* libri.

Med. 616

οὔτ' ἂν ξένοισι τοῖσι σοῖς χρησαίμεθ' ἄν,
οὔτ' ἄν τι δεξαίμεσθα, μήθ' ἡμῖν δίδου.

617 *μηδ'* Palatinus 287, manus recentior Laurentiani 32,2.

Eur. fr. 320

οὐκ ἔστιν οὔτε τεῖχος οὔτε χρήματα
οὔτ' ἄλλο δυσφύλακτον οὐδὲν ὡς γυνή.

οὐδ' ἄλλο Stobaei codices Vindobonensis Sambuci, Escurialensis Mendozae, Parisinus 1984.

Praeterea huc pertinet

Eum. 686

τὸ μήτ' ἄναρχον μήτε δεσποτούμενον
ἀστοῖς περιστέλλουσι βουλεύω σέβειν.

Codice Mediceo traditum est *μὴ δὲ* pro *μήτε* librorum recentiorum. Haud dubie *μήτε δεσποτούμενον* poeta scripsit. *Μὴ δὲ δεσποτούμενον* positis secunda pars, quod causa non perspicitur, ineptissime extolleretur. Praeterea argumento sunt et prius *μήτ'* certe traditum — neque enim usquam apud Aeschylum *μήτε* per *μηδέ* continuatur — et

Eum. 520

μήτ' ἄναρκτον βίον
μήτε δεσποτούμενον
αἰνέσῃς.

Hermanni sententiam *τὸ μὴ δ' ἄναρχον μηδὲ δεσπούμενον* scribendum esse, ne inter hunc versum et praecedentes lacuna oriatur (Opusc. VI,2, p. 93), non probamus, quod consulto poeta interdum copulationem omisit, quo sollemnius et gravius Athenae oratio

audientium animos commoveret. Eodem iure Hermanno lacuna statuenda erat inter versus 683 et 684 aut 693 et 694.

Sept. 647

ἀλλ' οὔτε νιν φυγόντα μητρόθεν σκότον,
οὔτ' ἐν τροφαῖσιν, οὔτ' ἐφηβήσαντά πω,
οὔτ' ἐν γενείου ξυλλογῇ τριχώματος,
Δίκη προσεῖδε καὶ κατηξιώσατο·
οὐδ' ἐν πατρῴας μὴν χθονὸς κακουχίᾳ
οἶμαί νιν αὐτῷ νῦν παραστατεῖν πέλας.

In versu 651 codice Mediceo traditum est *οὔτ'*, quod recentiore manu in *οὐδ'* mutatum est. *Οὔτ' ἐν πατρῴας* si legeremus, sententia negata cum prioribus in unum coniuncta esset. Neque tamen quemquam fugiat *νῦν* (652) superioribus temporis indiciis oppositum esse i. e. non una sententia sed duae sunt, quarum ex altera ad alteram concluditur. Polynices, quod minimi adhuc iustitiam aestimavit, in patria vexanda non aliter aget. Praeterea, si *οὔτ'* 651 posito sententia, de qua sermo est, cum superioribus conglutinaretur, sequentia

ἦ δῆτ' ἂν εἴη πανδίκως ψευδώνυμος
Δίκη, ξυνοῦσα φωτὶ παντόλμῳ φρένας

cum praecedentibus non cohaererent, sed quasi abrupte accederent. Sed si a versu 651 nova sententia inchoatur, haud difficulter huius causam cognoscimus. Propterea *οὐδ' ἐν* scribimus.

Aesch. Suppl. 730

οὔτοι ταχεῖα ναυτικοῦ στρατοῦ στολή,
οὐδ' ὅρμος, οὐδὲ πεισμάτων σωτηρία
ἐς γῆν ἐνεγκεῖν, οὐδ' ἐν ἀγκυρουχίαις
θαρσοῦσι ναῶν ποιμένες παραυτίκα,

Ita textum, qui in codicibus corruptus est, conscribendum esse censemus. In versu 732 codice Mediceo traditum est *οὐδέν*, quod tamen in sententiam minime quadrat. Nimirum Robortellus recte coniecit *οὐδ' ἐν*. Hermanni coniectura *κοὐδ' ἐν*, quam nulla causa allata in textum recepit, supervacanea est. Quamquam textus, quo negationes inclusae sunt, maxime

dubius traditus est, tamen versuum sensum ideoque negationum vim certe cognoscere possumus. Per *οὐδέ* ter simpliciter adiungitur.

Prom. 481

οὐκ ἦν ἀλέξημ' οὐδὲν οὔτε βρώσιμον,
οὐ χριστὸν οὐδὲ πιστόν, ἀλλὰ φαρμάκων
χρείᾳ κατεσκέλλοντο,

In versu 481 codice Mediceo traditum est: *οὐδὲ βρώσιμον,* quae recentiores in *οὔτε βρώσιμον* correxerunt; recte sine dubio. Nam *οὐδὲ βρώσιμον* si ponimus, vertendum est: „Nulla propulsatio fuit neque quicquam esculentum", quae absurda sunt. Homines enim esculenta non habentes quonam modo vivere potuerunt? Praeterea sequente *φαρμάκων* (482) praecedentia excipi et comprehendi luce clarius est. Utique igitur *οὔτε βρώσιμον* scribenda sunt, ad quae *οὐ χριστὸν* eadem et vocis et sensus sublatione accedunt, qua locis p. 23 sqq. allatis.

Aesch. fr. 161,1

μόνος θεῶν γὰρ θάνατος οὐ δώρων ἐρᾷ,
οὐδ' ἄν τι θύων οὐδ' ἐπισπένδων ἄνοις
οὐδ' ἔστι βωμὸς οὐδὲ παιωνίζεται.

Stobaeus, qui in florilegium suum hos versus recepit, in altero *οὔτε..οὔτε* legit quibus acceptis tertius versus, sicut a Stobaeo traditus est: *οὐ βωμός ἐστιν οὐδὲ παιωνίζεται·* a superioribus incommode abrumpitur. Propterea vetustiore testimonio Iliadis scholiorum nixi, in quibus cernimus:

οὐδ' ἄν τι θύων οὐδ' ἐπισπένδων λάβοις
οὐδ' ἔστι βωμὸς οὐδὲ παιωνίζεται·

hanc lectionem rectam agnoscimus.

Cycl. 63

οὐ τάδε Βρόμιος, οὐ τάδε χοροὶ
Βάκχαι τε θυρσοφόροι,
οὐ τυμπάνων ἀλαλαγμοὶ
κρήναις παρ' ὑδροχύτοις,
οὐκ οἴνου χλωραὶ σταγόνες,

68 *οὐδ' ἐν Νύσᾳ μετὰ Νυμφᾶν*
ἴακχον ἴακχον ᾠδὰν
μέλπω πρὸς τὰν Ἀφροδίταν.

Codice Vaticano v. 68 traditum est *οὐδ' ἐννύσσα*, Havniensi *οὐ νύσσα*, quae minime obtineri possunt propter numeros versus. Vaticani codicis auctoritatem secuti *οὐδ'* ponimus.

Med. 101

καὶ μὴ πελάσητ' ὄμματος ἐγγὺς
μηδὲ προσέλθητ',

In codice Parisino 2712 pro *μηδὲ* exaratum est *καὶ μή*, quod mendum inde ortum esse videtur, quia in fronte superioris versus exstant *καὶ μή*.

Med. 1224

τὰ θνητὰ δ' οὐ νῦν πρῶτον ἡγοῦμαι σκιάν,
οὐδ' ἂν τρέσας εἴποιμι τοὺς σοφοὺς βροτῶν
δοκοῦντ ς εἶναι...μεγίστην ζημίαν ὀφλισκάνειν.

Scribentis errore in codicem Parisinum pro *οὐ* (1224) *οὖν* irrepsit, quod extra sententiam cadit.

Phoen. 488

καὶ νῦν ἕτοιμός εἰμι...
488 *καὶ μήτε πορθεῖν πατρίδα μήτε προσφέρειν*
πύργοισι πηκτῶν κλιμάκων προσαμβάσεις.

In versu 488 codicibus Marciano 471, Florentino Js. Vossii, Florentino 31,10 tradita sunt *μηκέτι προσφέρειν*, codicibus Vaticano 909, Marciano 468, Florentino 32,2 *μήτε τι προσφέρειν.* Utraque lectio sensu absurda et numeris exclusa est. Sed quod *μήτε προσφέρειν* consensu codicum Laurentianorum 32,2 et 172 confirmantur, cum Cantero

καὶ μήτε πορθεῖν πατρίδα μήτε προσφέρειν

legimus.

Eur. fr. 251

χρείσσω γὰρ οὔτε δοῦλον οὔτ' ἐλεύθερον
τρέφειν ἐν οἴκοις ἀσφαλὲς τοῖς σώφροσιν.

Pro *γὰρ οὔτε* prioris versus in Stobaei, qui hoc fragmentum tradidit, codicibus exarata sunt *γάρ τε*. Verum et secundo *οὔτε* et numeris *γὰρ οὔτε* postulantur.

Eur. fr. 324,1

ὦ χρυσέ, δεξίωμα κάλλιστον βροτοῖς,
ὡς οὔτε μήτηρ ἡδονὰς τοίας ἔχει
οὐ παῖδες ἀνθρώποισιν, οὐ φίλος πατήρ,
οἵας σὺ χοί σὲ δώμασιν κεκτημένοι.

In eiusdem Stobaei libris pro *οὔτε* alterius versus *οὐδέ* legitur, male. Nam per *οὐδέ*, quod „ne-quidem“ verteremus, *μήτηρ* sequentibus *παῖδες* et *πατήρ* miro modo praeponeretur, id quod eo ineptius esset, quod ad *πατήρ* epitheton ornans *φίλος* accedit. Propterea *οὔτε* malumus, ut negationes *οὔτε . . οὐ . . οὐ* adserantur. (Cf. p. 23 sqq.)

Eur. fr. 626,1

δήμῳ δὲ μήτε πᾶν ἀναρτήσῃς κράτος
μήτ' αὖ κακώσῃς, πλοῦτον ἔντιμον τιθείς,
μήδ' ἄνδρα δήμῳ πιστὸν ἐκβάλῃς ποτὲ
μηδ' αὖξε καιροῦ μείζον(α).

Libri Stobaei, cui plurima fragmenta tragicorum Graecorum tradita debemus, habent (v. 3) *μὴ δ'*. Neque tamen causam cognoscimus, de qua tertius versus a prioribus secludatur, quem cum superioribus simpliciter coniungi sententia iubet. *Μηδ'* igitur ponimus.

2.

Iam vero ultima quaestio subdifficilis exsistit, utrum *οὔτε* (*μήτε*) post *οὐ* (*μή*) poni possit necne. Quam causam Hermannus copiosa disputatione tractavit (Opusc. III, p. 150), qua Elmsleio obluctatur, qui ad Med. 4 *μήτε* post *μή* vel *μηδέ* soloecum esse profitetur et huiusmodi errores etiam contra librorum consensus tollendos esse censet.

Contra ea Hermannus duas rationes statuit, quarum alteram ita pronuntiat (p. 154): „Ac primo recte ponitur *οὔτε* et *μήτε* post *οὐ* et *μή*, ubi *οὐ* et *μή* pro *οὔτε* et *μήτε* dictum est.“ Sed

quo iure haec lex statuitur *οὐ* et *μή* pro *οὔτε* et *μήτε* poni posse? Autumat illa Hermannus etiam ad exempla, quae attulit, neque tamen probat.

Altera Hermanni ratio est, ut (Opusc. III p. 156) particulam *τε* usurpari arbitretur, ubi quid adnectatur, quod ad rem, de qua sermo sit, non pertineat, neque cum ea cohaereat. Unde *οὔτε* (*μήτε*) post *οὐ* (*μή*) poni concludit, ubi quid fortuitum et casu accedat. Non *οὔτε* poni patitur, ubi res maioris momenti adiciatur. Quare Hermannus ipse *οὔτε* et *μήτε* librorum in *οὐδέ* et *μηδέ* correxit.

I. A. 1319

μή μοι ναῶν χαλκεμβολάδων
πρύμνας ἅδ' Αὐλὶς δέξασθαι
τούσδ' εἰς ὅρμους ἐς Τροίαν
ὤφελεν ἐλάταν πομπαίαν,
μηδ' ἀνταίαν Εὐρίπῳ
πνεῦσαι πομπὰν Ζεύς.

praeterea Hel. 1353 et I. T. 569, quibus de locis infra disputabitur. Assentimur; neque tamen ea de causa, qua Hermanno persuasum est, i. e. quod in illis exemplis res non fortuitae sed graves et necessariae inducantur. Neque enim minus quam priorem hanc alteram Hermanni rationem falsam iudicamus, duabus de causis.

Primum permulta exempla sunt, ubi res per *τε* affixa eandem auctoritatem sibi vindicat, quam ea, cui adiuncta est.

Sept. 551

ἕκτον λέγοιμ' ἂν ἄνδρα σωφρονέστατον
ἀλκήν τ' ἄριστον, μάντιν, Ἀμφιάρεω βίαν.

O. R. 303

ἧς (sc. *πόλεως*) *σὲ προστάτην*
σωτῆρά τ' ὦναξ, μοῦνον ἐξευρίσκομεν.

Andr. 557

ὕπαρνος γάρ τις ὣς ἀπόλλυσαι,
ἡμῶν ἀπόντων τοῦ τε κυρίου σέθεν.

Τε saepe pro *καί* a poetis usurpatur, quod facile versuum numeris accommodatur.

Deinde saepe aliquid fortuitum, quod ad rem minime pertinet, per *οὐδέ* vel *μηδέ* adnexum observamus, e. g.

Aesch. Suppl. 84

πίπτει δ' ἀσφαλὲς οὐδ' ἐπὶ νώ-
τῳ. κορυφᾷ Διὸς εἰ
κρανθῇ πρᾶγμα τέλειον.

Ἐπὶ νώτῳ, quamquam ad sententiam exprimendam haudquaquam desiderantur et supervacanea sunt, tamen codicum consensu per *οὐδέ* adiunguntur.

Phil. 79

ἔξοιδα, παῖ, φύσει σε μὴ πεφυκότα
τοιαῦτα φωνεῖν μηδὲ τεχνᾶσθαι κακά.

Τεχνᾶσθαι κακά res minor est, quae praecedentibus *τοιαῦτα φωνεῖν* explicandis inservit. Tamen *μηδέ* exaratur. Si utramque sententiam aientem poneremus, *φύσει σε πεφυκότα τοιαῦτα φωνεῖν τεχνᾶσθαί τε κακά* scriberemus et *τε* eo ipso munere fungeretur, quod in prooemio disputationis nostrae constituimus: per *τε* res accedunt, quibus praecedentia aut explicentur aut suppleantur.

Iam igitur ad eum exitum huius disputationis pervenimus, ut simplex *οὔτε* vel *μήτε* post aliam negationem non poni sed etiam contra codicum consensum in *οὐδέ* vel *μηδέ* corrigendum esse Elmsleio et Wilamowitzio (ad Herc fur. 645) assentiamur, contra Hermannum et Reisigium (Coniectanea p. 189).

Hac regula in his exemplis utimur:

Pers. 582

τοὶ δ' ἀνὰ γᾶν Ἀσίαν δὴν
οὐκέτι περσονομοῦνται,
οὐδ' ἔτι δασμοφοροῦσιν
δεσποσύνοισιν ἀνάγκαις,
586 *οὐδ' ἐς γᾶν προπίτνοντες*
ἄρξονται.

586 *οὐδ'* Brunckius, *οὔτ'* Mediceus.

O. C. 450

ἀλλ' οὔ τι μὴ λάχωσι τοῦδε συμμάχου,
οὐδέ σφιν ἀρχῆς τῆσδε Καδμείας ποτὲ

ὄνησις ἥξει.

451 *οὐδέ* Elmsleius, *οὔτε* Laurentianus.

Phil. 770

πρὸς θεῶν ἐφίεμαι
ἑκόντα μήδ' ἄκοντα μηδέ τῳ τέχνῃ
κείνοις μεθεῖναι ταῦτα,

771 *μηδέ τῳ* recentiores libri, *μὴ* (*μή* corr.) *τέτωι* Laurentianus.

Soph. fr. 731

ἐγὼ δ' ἐρῶ σοι δεινὸν οὐδέν, οὔθ' ὅπως
φυγὰς πατρῴας ἐξελήλασαι χθονός,
οὐδ' ὡς ὁ Τυδεὺς ἀνδρὸς αἷμα συγγενὲς
πράξας ἐν Ἄργει ξεῖνος ὢν οἰκίζεται,
5 *οὐδ' ὡς πρὸ Θηβῶν ὠμοβρὼς ἐδαίσατο*
τὸν Ἀστάκειον παῖδα διὰ κάρα τεμών.

5 *οὔθ'* Havniensis Herodiani, *οὐδ'* ceteri libri.

Hec. 1183

μηδὲν θρασύνου μηδὲ τοῖς σαυτοῦ κακοῖς
τὸ θῆλυ συνθεὶς ὧδε πᾶν μέμψῃ γένος.

1183 *μηδέ* Parisinus 2712, Laurentianus 172, manus recentior Laurentiani 32,2, *μήτε* reliqui libri.

Hec. 1199

ἀλλ', ὦ κάκιστε, πρῶτον οὔποτ' ἂν φίλον
τὸ βάρβαρον γένοιτ' ἂν Ἕλλησιν γένος
οὐδ' ἂν δύναιτο

1201 *οὐδ'* G. Dindorfius, *οὔτ'* libri.

Hipp. 822

κακῶν δ' ὦ τάλας πέλαγος εἰσορῶ
τοσοῦτον ὥστε μήποτ' ἐκπνεῦσαι πάλιν
μηδ' ἐκπερᾶσαι κῦμα τῆσδε συμφορᾶς.

824 *μηδ'* Parisini 2712 et 2713, Laurentianus 32,2, Palatinus.

μήτ' Marcianus 471, Vaticanus 909, Havniensis 417.

I. A. 977
πῶς ἄν σ' ἐπαινέσαιμι μὴ λίαν λόγοις
μ η δ' ἐνδεὴς τοῦδ' ἀπολέσαιμι τὴν χάριν;
978 *μηδ'* Dindorfius, *μήτ'* Laurentianus 32,2 et Palatinus.

Med. 1354
σὺ δ' οὐκ ἔμελλες τἄμ' ἀτιμάσας λέχη
τερπνὸν διάξειν βίοτον ἐγγελῶν ἐμοί,
ο ὐ δ' ἡ τύραννος, οὐ δ' ὁ σοὶ προσθεὶς γάμους
Κρέων.
1356 *ο ὐ δ - ο ὐ δ'* Elmsleius, *οὔθ' - οὔθ'* libri.

Troad. 732
τούτων οὕνεκ' οὐ μάχης ἐρᾶν
οὐδ' αἰσχρὸν οὐδὲν οὐδ' ἐπιφθονόν σε δρᾶν
ο ὐ δ' αὖ σ' Ἀχαιοῖς βούλομαι ῥίπτειν ἀράς.
734 *οὐδ'* Nauckius, Hartungius, Wecklinius, *οὔτ'* libri.

Eur. fr. 522,3
ἐκ τῆς ἐπιστήμης γὰρ ἐκπεπτωκότες
κεῖνοί τ' ἂν οὐδὲν εἶεν οὐ δ' ἡμεῖς ἔτι.
4 *οὔθ'* Stobaei codices.

Sed qua de causa *οὔτε* vel *μήτε* post alteram negationem semel poni nequit, eadem nonnullis locis prius *οὔτε* (*μήτε*) restituimus, e. g.
Ag. 451
μ ή τ' εἴην πτολιπόρθης
μήτ' οὖν αὐτὸς ἁλοὺς ὑπ' ἄλ-
λων βίον κατίδοιμι.
451 *μηδ'* Laurentianus 31,8. Cum secundum *μήτε* codicum consensu traditum post aliam negationem stare nequeat, sequitur, ut praecedens *μηδ'* libri Laurentiani 31,8 haud cunctanter in *μήτ'* corrigamus, quod aliorum codicum testimonio confirmatur. Eandem condicionem habemus:

O. R. 332
ἐγὼ ο ὔ τ' ἐμαυτὸν οὔτε σ' ἀλγυνῶ.
ἐγώ τ' Laurentianus, *ἐγὼ οὔτ'* manus recentior.

Hipp. 645
χρῆν δ' ἐς γυναῖκα πρόσπολον μὲν οὐ περᾶν,
ἄφθογγα δ' αὐταῖς συγκατοικίζειν δάκη
θηρῶν, ἵν' εἶχον μ ή τ ε προσφωνεῖν τινα
μήτ' ἐξ ἐκείνων φθέγμα δέξασθαι πάλιν.
647 *μηδὲ* Laurentianus 32,2, Palatinus.

Hipp. 1115
δόξα δὲ μ ή τ' ἀτρεκὴς μήτ' αὖ παράσημος ἐνείη·
δὲ μήτ' Laurentianus 32,2, manus correctrices *η* in rasura complurium litterarum scripserunt.
Sed maiores difficultates obstant
Eur. Suppl. 870
ἄκραντον οὐδὲν οὔτ' ἐς οἰκέτας ἔχων
οὔτ' ἐς πολίτας.
Neque enim uno aut altero codice sed librorum consensu in versu 870 traditum est *οὐδ'*. Quod si obtinebimus, *οὔτ'* sequentis versus, quod et ipsum in omnibus codicibus exstat, corrigendum est in *οὐδ'*, quo accepto negationes vertendae sunt „ne — quidem — nedum." Quamquam ita sensum non ineptum constituimus, tamen, cum spatio tam exiguo negationes inter se distent, poetam alteram ad alteram referri voluisse rati Marklandum sequimur, qui *οὔτ' ἐς οἰκέτας ἔχων οὔτ' ἐς πολίτας* coniecit.

Ion. 386
σὺ δ' ο ὔ τ' ἔσωσας τὸν σὸν ὃν σῶσαί σ' ἐχρῆν
οὔθ' ἱστορούσῃ μητρὶ μάντις ὢν ἐρεῖς.
386 *οὐκ* Palatinus, Laurentianus 32,2 eiusque manus correctrices. Quod alterum *οὔτε* codicum consensu confirmatur et *οὔτε . . οὔτε* verbis magno cum animi affectu pronuntiatis magis accommodantur, Hermanno, qui *οὔτ'* posuit, assentimur.

Eur. fr. 196

τοιόσδε θνητῶν τῶν ταλαιπώρων βίος·
οὔτ' εὐτυχεῖ τὸ πάμπαν οὔτε δυστυχεῖ.

Stobaei codices Vindobonensis Sambuci, Escurialensis Mendozae, Parisinus 1984 habent *οὐδ' εὐτυχεῖ*, quae a Matthiaeo merito mutata sunt in *οὔτ' εὐτυχεῖ*. Nam praeterquam quod *τοιόσδε* sequentem explicationem significat, quae, quo maior vis orationi iniciatur, sine copula adnecti solet, verba tam acriter inter se opposita *οὔτε . . οὔτε* utique postulant.

Restant aliquot loci, ubi *οὔτε* (*μήτε*) post aliam negationem exstare videtur, sed videtur tantum, cf. Franke, De usu particularum *οὐδέ* et *οὔτε*, Rinteln 1833 § 21, cuius disputationem Hermannus recensuit: Allgemeine Schulzeitung 1833 p. 792.

Trach. 354

Ἔρως δέ νιν
μόνος θεῶν θέλξειεν αἰχμάσαι τάδε,
οὐ τἀπὶ Λυδοῖς οὔτ' ἐπ' Ὀμφάλῃ πόνων
λατρεύματ' οὐδ' ὁ ῥιπτὸς Ἰφίτου μόρος.

Ita Laurentianus. Pro *οὔτ'* manu recentiore exaratum est *οὐδ'*. Laurentiani lectionem obtinemus, quod *οὔτ'* negandi vim ad superiora *τἀπὶ Λυδοῖς* reflectit, unde fit, ut *οὐ τὰ λατρεύματα* bipertito distribuantur in *οὐ τὰ λατρεύματα οὔτε τἀπὶ Λυδοῖς οὔτε τὰ ἐπ' Ὀμφάλῃ*. Minime igitur *οὔτε* praecedenti *οὐ* respondet, cum non eiusdem ordinis atque *οὐ* sed ei subiectum sit. *Οὐ* per *οὐδέ* continuatur.

Prom. 157

ὡς μήποτε θεὸς μήτε τις ἄλλος
τοῖσδ' ἐπεγήθει.

Rursus *μήτε* praeter *τις ἄλλος* etiam *θεός* negare suspiceris. Sed numerorum legibus adducti librorum lectionem deperditam putamus, cum *ὡς μήποτε θεὸς* (— — ⏑ ⏑ ⏑ —) intra anapaestos stare non possit.

Aliquotiens post aliam negationem *οὐθ'* i. e. *οὔτε* ante vocalem aspiratam elisione truncatum invenimus, e. g.

Ai. 428

οὔτοι σ' ἀπείργειν οὐθ' ὅπως ἐῶ λέγειν
ἔχω.

Ita Laurentianus. Sed quomodo *οὐθ'* obtineamus? Secundum ea, quae supra constituimus i. e. *οὔτε* post aliam negandi particulam non poni, ilico *οὐδ' ὅπως* poneremus nisi alio itinere eodem perveniremus. Meisterhans (Grammatik der Attischen Inschriften § 40) enim docet *δ* in inscriptionibus Atticis ante spiritum asperum saepe mutatum esse in *θ*, e. g.

Ἐν μέσσῳ γε Θρίης τε καὶ ἄστεος. ἄνερ, ὅθ' Ἑρμῆς.

Ὅθ' intellegendum esse *ὅδ'* Boeckhius Corp. Inscript. Graec. I, 12, p. 32 perspicue demonstravit. Aperta igitur inscriptionum Atticarum proprietas occurrit. Simile quoddam etiam in codicibus scriptorum Atticorum invenitur. *Οὐδείς* interdum exaratum est *οὐθείς*.

Thucyd. VI,60: *τὸ δὲ σαφὲς οὐθεὶς οὔτε τότε οὔτε ὕστερον ἔχει εἰπεῖν.* Cf. Goeller II, p. 184.

Thucyd. VI,66: *ἐκ μὲν τῆς πόλεως οὐθεὶς ἐξιὼν ἐκώλυε.* Cf. Poppo, Prolegomena ad Thucydidem Vol. I, p. 208. Utrimque libri *οὐθείς* habent.

Xenoph. *περὶ ἱππικῆς* 7,3: *μαθεῖν δ' οὐθὲν δεῖ ἄλλο.* In codice Parisino A *οὐθὲν* exstat. Cf. Schneider-Sauppe VI, p. 230.

Praeter illos de hac re disputaverunt Lobeck Phryn. p. 181, Kühner-Blass I, p. 634, Buttmann, Ausführliche griechische Sprachlehre I p. 276 Anm. 7.

Idem in codices tragicorum irrepsisse suspicari fas est. Propterea illo loco Ai. 428 *οὐθ'* Laurentiani non *οὔτε* sed *οὐδέ* significare nobis persuasimus, quare ita a poeta scriptum esse confirmamus:

οὔτοι σ' ἀπείργειν οὐδ' ὅπως ἐῶ λέγειν
ἔχω.

Eadem de causa etiam invitis codicibus *οὐδ'* scribimus:

Soph. El. 1197

οὐδ' οὑπαρήξων οὐδ' ὁ κωλύσων πάρα;

οὐθ' ὁ Laurentianus, *οὐδ' ὁ* lectio recentior.

Soph. El. 1411

ἀλλ' οὐκ ἐκ σέθεν
ᾠκτίρεθ' οὗτος οὐδ' ὁ γεννήσας πατήρ.

οὔθ' Laurentianus, οὐδ' lectio recentior.

O. R. 1422

οὐχ ὡς γελαστής, Οἰδίπους, ἐλήλυθα,
οὐδ' ὡς ὀνειδιῶν τι τῶν πάρος κακῶν.

οὔθ' Laurentianus, οὐδ' lectio recentior.

O. C. 495

λείπομαι γὰρ ἐν
τῷ μὴ δύνασθαι μηδ' ὁρᾶν, δυοῖν κακοῖν.

μήθ' libri.

Hel. 1353

ὃν οὐ θέμις οὐδ' ὁσία
ἐπύρωσας ἐν θαλάμοις

οὔθ' libri.

I. T. 569

ΙΦ. ψευδεῖς ὄνειροι, χαίρετ'· οὐδὲν ἦτ' ἄρα.
ΟΡ. οὐδ' οἱ σοφοί γε δαίμονες κεκλημένοι
πτηνῶν ὀνείρων εἰσὶν ἀψευδέστεροι.

οὔθ' Laurentianus 32,2, Palatinus.

Sed alia condicio est Trach. 1058

1058 κοὐ ταῦτα λόγχη πεδιάς, οὔθ' ὁ γηγενὴς
στρατὸς Γιγάντων οὔτε θήρειος βία,
οὔθ' Ἑλλὰς οὔτ' ἄγλωσσος οὔθ' ὅσην ἐγὼ
γαῖαν καθαίρων ἱκόμην, ἔδρασέ πω.

Si iterum 1058 οὔθ' pro οὐδ' exaratum accipimus, non modo versus 1059 οὔτε, sed etiam 1060 οὔθ' .. οὔθ' in οὐδ' mutanda sunt, id quod Blaydesius audacter quinquies posuit. Sed omnes negationes optimo codicum consensu traditae sunt. Propterea οὔθ' versus 1058 eodem modo quo p. 58 et λόγχη πεδιάς et ὁ γηγενὴς στρατὸς Γιγάντων complecti arbitramur et ita librorum lectionem obtinemus.

Index locorum praecipuorum.

Vita.

Natus sum Rudolfus Ludovicus Waldemarus Löbe Hombergi in oppido Nassauensi die XVIII mensis Aprilis a. pr. s. LXXVII patre Rudolfo matre Bertha e gente Hoferichter, quibus gaudeo superstitibus. Fidem profiteor evangelicam. Litterarum elementis institutus sum Berolini in gymnasio Regiurbano. A. d. VII. Kal. Oct. a. XCV testimonium maturitatis adeptus militavi.

Deinde ab auctumno a. XCVI in alma matre Berolinensi operam dedi theologiae, cui mox studium antiquitatis Graecorum et Romanorum addidi. Seminariis theologicis interfui fere omnibus, praeterea proseminarii philologici per bis sex menses fui sodalis. Docuerunt me theologorum: Weiss, Kleinert, Baethgen, Strack, Kaftan, Harnack, Deutsch. Aestate a. MCM examen pro licentia contionandi sustinui.

Ab auctumno a. MCM in philologiam omnium maxime incubui, primum rursus Berolini, ubi me docuerunt v. Wilamowitz-Moellendorff, Diels, Vahlen, Kirchhoff, Stumpf, Paulsen, Lasson.

Vere a. h. s. I Bonnam me contuli, ubi per ter sex menses seminarii philologici sodalis fui. Ibi de studiis meis egregie meriti sunt Usener, Buecheler, Elter, Loeschcke, Solmsen, Radermacher, König, Erdmann. Pridie Kal. Febr. a. h s. III Bonnae examen pro facultate docendi cum laude sustinui.

Postea a vere huius anni per duodecim menses Berolini in gymnasio Ascanico erudiendi elementis imbutus sum. Vere a. IV. in gymnasio Joachimico docere iussus per duos annos ibi primo adiutor deinde magister fui. Mense Aprili a. VI a magistratibus urbis Charlottenburgi ad magistri officium invitatus nunc in gymnasio Mommseniano docendi munere fungor

Examen rigorosum subii a. d. VIII Id. Mai. a. VII. In componenda dissertatione Elter benigne me adiuvit, cuius admonitionibus, quantum quidem potui, uti studui. Cui et magistris meis omnibus quantum debeam grato numquam obliviscar animo.

